

# LVD. AVGVSTI WÜRFFEL PRINCIPIA JURIS CIVILIS

EX INTIMA PHILOSOPHIA, ROMANORVM INSTITVTIS, MORIBVS HODIERNIS,  
ATQVE EX CELEBRIORIBVS DE PROMPTA CVLTIORIS IVRISPRVDENTIAE  
PERITIS, CVJACIO, DVARENO, DONELLO, NOODTIO,  
BYNCKERSHOEKIO, AVERANIO, ALIISQVE

Vbi novâ Methodo juxtâ Pandectarum Ordinem, Rerum, in Iure  
praecipuarum, proprijs Characteribus expressa  
ac distincta Notio exhibetur.

ADIJCITVR

Repertorium quo ea, quae Digestorum Ordine posita sunt, ad Institu-  
tionum Imperialium Seriem facilè redigantur

*Ac Simul*

Definitionum omnium Index copiosissimus

---

EDITIO DECIMASECVNDA

IN QVA ADDITVR AD METHODVM

LVDOLFI VVALTHERI  
LEXICON JURIS

QVOD VNIVERSA JURIS CIVILIS LOCA INDICET ET SVPPLEMENTI LOCO ESSE POSSIT

VOCABVLARIO IVRIS CL. ICTI PHILIPPI VICAT.

TOM. I.



Res.  
140 486

---

EXCVDEBAT PISIS AVG. PIZZVRNVS AN. MDCCCLXVII. PP. AA.

175757

PRÆFATIO AUCTORIS.

**D**ici non potest quanta definitionum, quæ veritatum prima Principia sunt, in arte nostra existat confusio, nam vix datur vitiosæ Definitionis exemplum quod non liceat invenire in Legibus, aut Scriptis Interpretum. Agnoverunt hoc ipsum limatioris Ingenij Jurisconsulti, atque huic malo medelam adferri cupivere. Inter reliquos, & post fata celeberrimus Jurisconsultus consilium mihi suppeditabat ut Jurisprudentiam Definitivam eâ qua olim V. Cl. Baumeisterus Philosophiam Definitivam tradiderat, methodo concinnarem, atque ita eos qui cultiori Jurisprudentiæ se accingerent, sublevarem. Placuit hoc Viri summi Consilium, manusque operi admovi. Utinam operis conditio Auctoris desiderio respondeat. Est autem Definitio oratio continens notionem rei distinctam, atque completam; Inde definiturus cavere debet ne principem aliquem characterem omittat, ne accidentale pro characterem habeat, ne alium pro alio repræbesentet, terminis utatur obscuris, ambiguis, inanibus, reciprocis, impropriisque. Sed nec distincta solum definitio esse debet, sed & completa notio. Completa autem est, quæ ab omnibus, quibuscum simile aliquid habet, semper omnique casu discerni possit. Ita perspicuis notionibus, atque iis quæ ad invicem quasi per manus tradantur, definitionibus, usus in hoc opere contextendo, corpus quoddam Principiorum Juris non inutile confeceram, quod quammaximè profuturum fuisse sperarem.

rem Juvenibus, qui ad Jurisprudentiæ sacra admoverentur, idque mihi plures amicorum persuaserint, typis committendum putavi. Sequutus sum ordinem Digestorum; non quod ignoraverim Tyrones, in quorum gratiam scripsi, Instituta præmittere Digestis, sed ut ea quæ in Institutionibus omissa sunt v. g. Doctrinam de juramentis, Caput de usuris &c., simul exhiberem; dein verò, & iis qui in Digestis versantur usui essem alicui: neque Dupondis, ut hoc ipsum displiceret, adjeci Repertorium Definitionum secundum ordinem Institutionum Imperialium.

Ipsam verò tractationem quod concernit, circa eam duo sunt præcipuè observanda. I. Quod in Definitionibus actionum explicandis prolixus non fuerim: Inutilem enim hanc operam putavi, postquam Perill. Do. Bohemerus absolutissimum opus de actionibus nobiscum communicavit. Circa actiones Romanorum rarior præterea est Philosophia, frequentior Jurisprudentia Formularia. II. Quod Definitiones criminum omiserim quum id meo non conveniat Instituto, & peculiarem tractationem desideret. Interim vale B. L. nolique mihi succensere si quid erit quod acù non tetigerim, aut planè fuerim hallucinatus in aliquo. Meliora docentem lubentissimè sequar. Dabam Vezlariæ, Kal. Jul. MDCCXLII.



I.

**H** Abitus alteri tribuendi, id quod eidem tribui Leges, vel Pacta jubent, JUSTITIA; JUSTUS autem dicitur qui habitum ejusmodi gaudet.

Lib. i. c. 1. Justitia.

II.

Habitus alteri tribuendi id, quod ipsi jure perfecto debetur, JUSTITIA EXPLETRIX; habitus verò in alium id conferendi, quod ex jure imperfecto, scilicet humanitatis, ipsi tribuendum erat, JUSTITIA ATTRIBUTRIX vocatur.

Justitia expletrix - attributrix

III.

Habitus alteri omne id, quod leges volebant præstandi, JUSTITIAM UNIVERSALEM, abstinentiam verò ab injusta lucri cupiditate, JUSTITIAM PARTICULAREM dicunt.

Justitia universalis particularis.

IV.

Habitus tribuendi alteri id, quod tribui omnibus jubebant leges, JUSTITIA COMMUTATIVA; Habitus verò tribuendi alteri id, quod tribui eidem peculiaris conditio postulat, JUSTITIA DISTRIBUTIVA dicitur.

Justitia commutativa - distributiva.

V.

JUS h. l. significat Complexum legum homogenearum, & JUSTUM quod legibus est conforme.

Jus - Justum.

VI.

Complexus legum, quæ obligandi vim a Deo habent, JUS DIVINUM: complexus verò earum legum, quæ vim obligandi a homine habent, JUS HUMANUM dicitur.

Jus divinum humanum

A

VII.

Jus Natu-  
rz.

Complexus legum quæ ex natura derivantur, **JUS NATURALE** est.

Equitas.

Quicquid Juri Naturæ respondet, **AEQUUM** dicitur.

Jus Gen-  
tium.

Complexus legum, quibus liberorum populorum actio-  
nes determinantur, **JUS GENTIUM** audit.

Jus divi-  
num Positi-  
vum - Uni-  
versale  
Particula-  
re.

**JUS DIVINUM POSITIVUM** dicitur complexus legum a Deo  
speciali revelatione propositarum; quibus si vis inest obli-  
gandi omnes homines, **UNIVERSALE**; in aliquos saltem **PARTI-  
CULARE** vocatur.

Jus priva-  
tum S. Ci-  
vile, Pu-  
blicum.

Complexus legum totum suum hominum in **Societate Civili**  
existentium, respicientium, **JUS PRIVATUM** dicitur, s. **CIVILE**;  
Nexum verò Imperantis, & Subditorum respicientium, **PUB-  
LICUM**.

Promulga-  
tio Legis.

Actus, quo voluntas Superioris Subditis declaratur,  
**PROMULGATIO LEGIS** dicitur.

Jus Scri-  
ptum. Non  
Scriptum.

Jus promulgatum, **SCRIPTUM**; Non promulgatum, **NON SCRI-  
PTUM** dicitur.

Scientia  
practica -  
Jurispru-  
dentia -  
Juriscon-  
sultus.  
Empiricus

**SCIENTIA PRACTICA** est habitus demonstrandi, demonstrata-  
que applicandi; Scientia practica juris, **JURISPRUDENTIA** dici-  
tur; & **JURISCONSULTUS** qui habitu tali gaudet.

Qui historicam legum cognitione gaudet **EMPIRICUS** dici-  
tur.

Jurispru-  
dentia Le-  
gislativa  
Consulta-  
toria Ju-  
diciaria.

Habitus, leges in salutem Reipublicæ ferendi s. Subdi-  
tis præscribendi facienda, vel omittenda ad eorumdem per-  
fectionem, **JURISPRUDENTIA LEGILATORIA**; Habitus inveniendi  
Sub-

Subditis præscribenda, **JURISPRUDENTIA CONSULTATORIA**;  
Habitus leges latas ad facta hominum cum effectum applicandi  
**JURISPRUDENTIA JUDICIARIA** vocatur.

Distincta mentis obscurioris legislatoris, repræsentatio,  
**INTERPRETATIO LEGUM** audit; quod si superior eam re-  
præsentet, **AUTHENTICA**; Si Jurisconsultus, **DOCTRINALIS**, si  
consuetudine determinetur **USUALIS** appellatur.

Interpre-  
tatio - Au-  
thentica -  
Doctrina-  
lis - Usua-  
lis.

Declaratio mentis legislatoris per verba, verbis ejusdem  
æquipollentia, sed clariora, **INTERPRETATIO DECLARATIVA**;  
Declaratio verò mentis legislatoris, rationi moventi latiori  
verbis, respondens, **EXTENSIVA**; Declaratio mentis Legi-  
latoris rationi moventi strictiori verbis respondens, **RESTRI-  
CTIVA** dicitur.

Interpre-  
tatio de-  
clarativa -  
Extensiva -  
Restricti-  
va.

Qui leges perversè interpretatur, **LEGULEIUS** dicitur.

Leguleius

**APPLICATIO** est collatio facti singularis cum lege.

Applica-  
tio.

Qui leges perversè applicat **RABULA** est.

Rabula.

**L X** est voluntatis imperantis, circa facienda, vel omit-  
tenda a Subditis, declaratio.

Lib. 1. 1.  
Lex.

**LEX**, dum fertur, **ROGARI**; quum obligatio ejus in to-  
tum remittitur, **ABROGARI**, eadem ex parte si tollitur, **DE-  
DEROGARI**, si eidem additur nova obligatio, **SUBROGARI**; si  
quid in ea mutatur, **OBROGARI** dicitur.

Legem ro-  
gare - ab-  
rogare -  
Legi dero-  
gare sub-  
rogare -  
obrogare.

**PLEBISCITUM** Romanis dicebatur id, quod plebs ad ple-  
bei Magistratus rogationem constituebat.

Plebisci-  
tum.

**SENATUSCONSULTUM** dicebatur Jus a Senatù ad Oratio-  
nem, vel Epistolam Principis constitutum.

Senatus-  
consultum

**MAGISTRATUM EDICTA** vocantur declarationes ordinis, quem in jure dicendo sequi vellent jus dicturi, ab ipsis publice propositæ.

## XXVII.

Qui consulentibus dubia juris capita interpretantur, **DE JURE RESPONDERE**; sententiæ eorum, quibus permissum erat de jure respondere, **PRUDENTUM RESPONSA** dicebantur.

## XXVIII.

Complexus Edictorum Magistratum **JURIS HONORARIE** nomine venit.

## XXIX.

**TRADITUM JUS**, quod olim nulla interveniente Scripturâ promulgatum, sicque ad posteros propagatum est.

## XXX.

**CONSUETUDO** est Jus, tacito ejus, qui leges ferendi potestatem habet, consensu introductum. Quod si Jus constitutum hoc modo abrogatur in **DESUETUDINEM** venisse dicitur.

## XXXI.

**OBSERVANTIA** est modus conservandî Jus constitutum.

## XXXII.

**MORES** dicuntur actus similes, constante usu in Collegio aliquo servati.

## XXXIII.

Mores circa formalia judicii alicujus **STILUS CURIÆ** dicuntur.

## XXXIV.

Voluntas Imperatoris legis vigorem habens, **CONSTITUTIO PRINCIPIS**, si obligatio ejus universalis, **GENERALIS**, si particularis; **SPECIALIS** dicitur.

## XXXV.

Si imperans personis, aut rebus aliquid attemperat, quod ex obligatione legum non competebat iisdem, **PRIVILEGIUM**; & quidem priori casu **PERSONALE**; posteriori **REALE**; Privilegium personale ad hæredes extensum, **MIXTUM** dicitur.

## XXXVI.

**Privilegia**, quæ propter bene meritum conceduntur, **FAVORABILIA**, quæ verò pœnam extra ordinem augent, **ODIOSA** dicuntur.

## XXXVII.

Jura singularia certo hominum generi, vel societati cuiquam concessa **BENEFICIORUM LEGIS** nomine veniunt.

## XXXVIII.

Exemptio facti individui ab obligatione legis **DISPENSATIO** dicitur.

## XXXIX.

Responsiones scriptæ Imperantis ad petita subditorum **RESCRIPTORUM** nomine veniunt; quod si respondeat imperans ad supplices libellos privatorum, **AD-VEL SUBNOTATIONES**; si ad Magistratus, **EPISTOLÆ**; si denique ad Universitatem, **SANCTIONES PRAGMATICÆ** vocabuntur.

## XXXX.

Si preces, quibus obtinetur Rescriptum, mendacium continent, **OBREPTUM**, si defectum, qui obstabat, tacent, **SUBREPTUM RESCRIPTUM** dicitur.

## XXXXI.

Rescripta decisionem Causæ controversæ continentia **DECRETA** audiunt.

## XXXXII.

Quicquid imperans proprio motu constituit animo obligandi omnes subditos **EDICTUM**; si verò constitutio talis aliquos, aut individuum concernit, **MANDATUM** dicitur.

## XXXXIII.

Actus a civibus Romanis certis iisque legibus præscriptis solemnitatibus expediendi **ACTUS LEGITIMI**; qui, si in jure essent peragendi, **ACTIONES LEGIS** dicebantur.

## XXXXIV.

Quicquid Civitas municipalis constituit inter Cives legis instar valiturum, **STATUTUM** dicitur.

## XXXXV.

**Jus** est id, quod pro rei convenientia tribuere licet, vel negare oportet.

XXXXVI.

**Renunciatio Juris** Declaratio de non utendo jure, quod competebat, **RENUNCIATIO JURIS** dicitur.

XXXXVII.

**Fictio** est repræsentatio rei sub qualitatibus, quæ ipsi non competunt; si **Lex** rem ita repræsentare permittit, **FICTIO** dicitur **LEGIS**; si repræsentatur res sub circumstantiis, quæ non insunt ei, **FICTIO POSITIVA**; si dissimulantur circumstantiæ, quæ revera adsunt, **FICTIO NEGATIVA**; quum aliud existens pro a tero repræsentatur, **FICTIO TRANSLATIVA** dicitur.

XXXXVIII.

**Status Naturalis Adventivus** Limitationes in homine, quæ illum juris cujusdam participem reddunt, **STATUS**. Limitationes hæ, si rationem habent in natura ejus, **NATURALIS**; si in facto aliquo externo, **ADVENTIVUS**, Sc. **Civilis** dicitur.

XXXXIX.

Homo cum statu consideratus vocatur **PERSONA**.

L.

**Status Liberraris Civitatis & Familiz** **STATUS**, qui aliquem participem facit juris, quo utuntur ii, qui ab imperio privati non dependent, **LIBERTATIS**; qui verò alicui attribuit jus, quo utuntur **Cives** inter se, **CIVITATIS**; et is, qui largitur alicui jura, quo fruuntur **Socii Coniugalis, Dominicæ, ac Paternæ societatis, FAMILIÆ** dicitur.

LI.

**Nasci Nasciturus** **NASCI** quis dicitur, quando incipit extra Matrem existere. De quo spes est eum extra Matrem aliquando extitutum **NASCITURU** dicitur.

LII.

**Monstrum Ostentum** Quicquid nascitur specie a solita sui generis deflectens, **MONSTRUM**; quicquid verò in aliqua parte integrante excedit, vel deficit, **OSTENTIUM** vocamus.

**Ætas** procreandi sui similem sufficiens, **PUBERTAS**, & qui eam implevit, **PUBES**; qui eam nondum attigit, **IMPUBES**; qui eam superavit **PUBERTATE MAJOR**; qui incipit sufficere ad id, **MINUS PLENE PUBES**; qui omnino sufficit, **PLENE PUBES**. **Ætas** insufficientis ad id, ut quis explere possit officia societatis domesticæ, **INFANTIA**, & qui ejus est ætatis, **INFANS**; qui sufficit **Officiis societatis domesticæ** explendis, **INFANTIA MAJOR** dicitur.

Pubertas - Pubes - Impubes - Pubertate major - minus plene Pubes - Infantia - Infans - Infantia major.

LIV.

Qui nullius Potestati subjectus est, **SUI JURIS**; qui subjectus est Potestati alicujus **Coexistentis Subditi in Societate Civili**, **ALIENI JURIS** dicitur.

Sui, & alieni Juris esse.

LV.

**Independentia** actionum nostrarum ab Imperio **Coexistentium in Societate Civili** **LIBERTAS**; et qui gaudet ea, **LIBER** est.

Libertas - Liber.

LVI.

Qui liber nascitur, **INGENUUS** dicitur.

Ingenuus.

LVII.

**Dependentia** actionum ab imperio in **Societate Civili** **Coexistentis Subditi**, **SERVITUS**; Cujus ab imperio actiones alterius **Coexistentis Subditi**, in **Societate civili** dependent; **DOMINUS**. Actiones alterius imperio ita attemperans, **SERVUS** dicitur.

Servitus - Dominus - Servus.

LVIII.

**SERVUS** in dominio alicujus existens **MANCIPIMUM** dicitur.

Mancipium.

LIX.

**Servus**, ex **Ancilla nostra** natus, **VERNA**, in **peculio** verò alterius existens, **VICARIUS** dicitur.

Verna - Vicarius.

LX.

Qui, prædio rustico in perpetuum addictus, **Domino prædii** operas præstat, **HOMO PROPRIUS** est; qui rus colit, in genere **RUSTICUS** dicitur.

Homo proprius - Rusticus.

Jus wild  
fangiatius.

JUS, in territorio suo ultra annum abique necessitate commorantes, potestati suæ subiiciendi, **VVILDFANGIATUS** dicitur.

LXII.

Lib. i. c. 6.  
Civitas -  
Civis - Pe-  
regrinus.

Societas composita, sub imperio alicuius, certisque legibus utens, **CIVITAS**; Socius hujus Societatis **CIVIS**. Qui Socius non est, **PEREGRINUS** dicitur.

LXIII.

Advena.

Civis voluntarius, ac **Temporarius ADVENA** vocatur.

LXVI.

Actiones  
alterius  
dirigere  
Imperare.

**ACTIONES ALTERIUS DIRIGERE** dicitur, qui ita ad eas concurrat, ut legibus conformentur; Qui verò actiones alterius sibi subjecti illa dirigit, ut commodum ex eis in se redundet, **IMPERARE** dicitur.

LXV.

Potestas.

**POTESTAS** est jus, quod quis in se, vel in personam aliam habet.

LXVI.

Patria Po-  
testas.

**PATRIA POTESTAS** est imperium Patris in liberos.

LXVII.

Parentes -  
Pater - Ma-  
ter - Libe-  
ri - Filii  
Filiz.

**PARENTES** dicuntur personæ, ex quibus alia existit; in quibus continetur ratio existentia aliorum, illorum masculus **PATER**, femina **MATER**; qui existentiam suam illis debent **LIBERI**, masculi **FILII**, Femellæ **FILIAE** vocantur.

LXVIII.

Societas  
Paterna -  
Conjuga  
lis Domi-  
nica - Fa-  
milia Per-  
fecta - Im-  
perfecta.

**SOCIETAS** simplex inter patrem, & liberos, **PATERNA**; inter maritum, & uxorem, **CONJUGALIS**; inter Dominum, & servum, **DOMINICA**; & ex his tribus composita, **FAMILIA**, & quidem **PERFECTA**, si una earum deficit, **IMPERFECTA** dicitur.

LXIX.

Paterfami-  
lias - Ma-  
terfami-  
lias - Filius  
familias  
Filiafami-  
lias.

Qui imperat familiae, **PATERFAMILIAS**; Uxor, quæ in matrem ejus convenerat olim, **MATERFAMILIAS**; filius potestati patriæ subiectus, **FILIUSFAMILIAS**, & filia, **FILIASFAMILIAS**; appellantur.

LXX.

Factum, quo liberis illegitimis ex superioris dispositione applicantur Jura legitimorum, **LEGITIMATIO** dicitur.

Legitima-  
tio.

LXXI.

Si quis aliquem in locum filii suscipit, qui talis natus non est, **ADOPTARE** eum, quod si susceptus homo sui juris est, **ARROGARE** eundem dicitur; atque ideo factum, quo quis alium in filium assumit, qui talis natus non est, **ADOPTIO**, & quidem in genere; & factum quo quis hominem sui juris in filium assumit, **ARROGATIO**; factum, quo quis liberos in potestate patria existentes in liberos assumit, **ADOPTIO IN SPECIE** dicitur.

Lib. i. c. 7.  
Adopta-  
re - Ar-  
rogare  
Adoptio  
in genere -  
In specie -  
Arroga-  
tio.

LXXII.

Adoptio, quæ patriam potestatem in adoptantem transfert, **PLENA**; quæ non, **MINUS PLENA** dicitur.

Adoptio  
plena -  
Minus  
plena.

LXXIII.

**UNIO PROLIUM** est pactum parentum binuborum, de liberis ipsorum diversi Matrimonij ratione successionis exa-  
quandis.

Unio pro-  
lium.

LXXIV.

Factum, quo Filiusfamilias è potestate patria dimittitur, **EMANCIPATIO** audit.

Emancipa-  
tio.

LXXV.

Exclusio Liberosum indignorum a familia a Patrefamilias facta, **ABDICATIO** audiebat.

Abdicatio

LXXVI.

**RES** est, cui determinata notio respondet.

Lib. i. c. 8.  
Res.

LXXVII.

**RES**, quæ actù in nullius bonis est, (vel quæ ad rō suum alicujus non pertinet) dicitur **NULLIUS**, quam in nullius bonis esse putamus, **PRO NULLIUS HABITA**.

Res nul-  
liu - Pro  
nullius  
habita.

LXXVIII.

**RES**, aut hominum dispositioni subjacent, aut non. Hæ **DIVINI**, illæ **HUMANI JURIS** dicuntur.

Res divi-  
ni - Res  
humani  
Juris.

B

LXXIX.

Res Sacrae Profanae

RES, publicè a Pontifice, vel Principe, consecratas, SACRAS, quod sacrum non est PROFANUM dixere Romani. LXXX.

Res Ecclesiasticae

RES, quæ in Patrimonio Ecclesiæ est, dicitur ECCLESIASTICA LXXXI.

Amortizatio Secularisatio

Factum, quo res profana mutatur in Sacram, vel Ecclesiasticam, AMORTIZATIO; quo verò res Sacra, vel Ecclesiastica mutatur in profanam, SECULARISATIO audit. LXXXII.

Loca Religiosa

LOCA, quæ Diis Manibus speciatim dicabantur, ut Sepulturæ hominum inservirent, RELIGIOSA dixerunt. LXXXIII.

Cenotaphium

Monimentum in Memoriam Defuncti, loco quo sepultus non est, extractum, CENOTAPHIUM dictum fuit. LXXXIV.

Res Sanctæ

SANCTÆ RES dicuntur, quas violare specialis Lex prohibet. LXXXV.

Res Communis

RES, quæ ad nos eodem modo quoad alios pertinet, COMMUNIS est. LXXXVI.

Res Publicæ Privatæ

RES, quæ ad Statum Universæ Societatis Civilis pertinent, PUBLICAS dixere; quæ in proprietate singulorum sunt, PRIVATÆ vocantur. LXXXVII.

Res Universitatis Patrimonium

RES, quarum usus singulis Sociis Societatis competit, UNIVERSITATIS; quæ verò utilitati Societatis communi destinata sunt, PATRIMONIUM UNIVERSITATIS vocantur. LXXXVIII.

Res Mancipi Nec Mancipi

RES, quæ ad effectum dominij transferendi mancipationem intervenientem desiderabant, MANCIPI; quæ non, NEC MANCIPI vocabantur. LXXXIX.

Res Mobilis Imobilis

RES, cujus locus mutari potest, MOBILIS; Cujus non, IMMOBILIS; Quæ verò principium movendi in se ipsa habet MOVENS dicitur. LXXXX.

RES, quibus innata vis est locum mutandi, ANIMATÆ; Quibus non, INANIMATÆ dicuntur. LXXXXI.

Res animatae inanimatae

Compositum, vè inertia præditum, CORPUS, sc. RES CORPORALIS; Ad quod verò concipiendum abstractione opus est, RES INCORPORALIS est. LXXXXII.

Res Corporalis Incorporalis

RES CORPORALIS, quæ utendo mutatur, vel consumitur, FUNGIBILIS; quæ non, NON FUNGIBILIS dicitur. LXXXXIII.

Res Fungibilis Non Fungibilis

Ea, quæ legibus externis determinata non sunt, RES MERÆ FACULTATIS dicuntur. LXXXXIV.

Res Meræ Facultatis

RES externa, quæ ad rō nostrum pertinet cum exclusione aliorum, PROPRIA, quæ verò ad rō suum alterius cum exclusione nostri pertinet, ALIENA dicitur. LXXXXV.

Res Propria Aliena

RES, quæ partibus realibus constat, DIVIDUA, quæ intellectualibus, INDIVIDUA dicitur. LXXXXVI.

Res Dividua Individua

JUS, quod nobis tribuitur, quia res aliqua nobiscum connexa est, IN REM, sc. REALE, quod verò nobis competit ob accedens factum alterius, AD REM sc. PERSONALE dicitur. LXXXXVII.

Jus in Rem Jus ad Rem

JUS Nomine Superioris de factis hominum cognoscendi, legesque ad ea applicandi JURISDICTIO in genere dicitur. Romani Jus a Magistratu delegatum cognoscendi de factis hominum NOTIONEM; Jus verò cognoscendi absque applicatione cum effectū, JURISDICTIONEM in specie dicebant. LXXXXVIII.

Jurisdictio Notio

JUS leges factis cum effectū applicandi IMPERIUM, quod si levi Coercitione fit, MIXTUM, si gravioris pœnæ applicatione, MERUM dixere Romani. LXXXXIX.

Imperium Merum Mixtum



JURISDICTIO, quam Imperantis Nomine, quis exercet, PROPRIA; quam is, qui Principis nomine eam exercet, alteri concedit totam, MANDATA; aut in certa aliqua causa, DELEGATA dicitur.

## C.

Cui Actus Jurisdictionis expediendus mandatur, COMMISSARIUS; & Jus Actum Jurisdictionis Nomine alterius expediendi, COMMISSIO dicitur.

## CI.

CONFIRMARE hic dicitur, qui legi quid convenire testatur. Jus confirmandi ea, quæ unus, vel plures inter se fieri volunt, JURISDICTIO VOLUNTARIA; Confirmatio hæc, vel cum, vel sine cognitione fit, illo casu MIXTA, hoc MERA; Jus cognoscendi de factis dissentientium inter se, iisdemque leges applicandi, CONTENTIOSA JURISDICTIO dicitur.

## CII.

Si cui jurisdictione gaudenti, sed non in personas litigantium, ab ipsis defertur facultas cognoscendi de factis suis, legesque iisdem applicandi, JURISDICTIO PROROGATA ea vocari consuevit.

## CIII.

Prorogatio, quæ oritur ex præsumto consensu, LEGALIS; quæ expresse defertur, CONVENTIONALIS est.

## CIV.

Jus cognoscendi de factis hominum, applicandique eis leges Ecclesiasticas, JURISDICTIO ECCLESIASTICA dicitur.

## CV.

Jus cognoscendi de delictis, applicandique iisdem pœnas legibus præscriptas, JURISDICTIO CRIMINALIS, quæ verò respicit facta pœnis non obnoxia, CIVILIS sc. INFERIOR dicitur.

## CVI.

Jurisdictio, quæ possessori prædii, utpote connexum cum illo, competit, PATRIMONIALIS dicitur.

## CVII.

## CVII.

POLITIA est ordinatio rerum, ad vitæ necessariam, & commodam sustentationem pertinentium.

## CVIII.

Tabula, Edicta Prætorum referens, ALBUM PRÆTORIS dicitur.

## CIX.

ACTIO DE ALBO CORRUPTO est popularis adversus Violantem Edictum Prætoris, ad pœnam D. aureorum.

## CX.

Applicatio Juris, ei facta, qui eodem contra nos usus est, RETORSIO est.

## CXI.

Jus, quo cives utuntur, quod Cives ejus Civitatis nati sint, INDIGENATUS dicitur. Jus verò, quo peregrini eorumque bona a Jure Civitatis cujusdam excluduntur, ALBINAGII Nomine venit.

## CXII.

Si quis litigare cum aliquo volens eum sibi, obvium secum ad Prætorem duceret, IN JUS VOCARE eum dicebatur. CITATIO verò est vocatio ad Judicem competentem, ejus jussu facta.

## CXIII.

Vocatio ad Judicem per vocem Nuntii, aut exhibitio scripto facta, VERBALIS CITATIO; vocatio verò cum apprehensione Corporali REALIS dici solet.

## CXIV.

Citatio, qua quis litem suscipere, seque, quoties opus fuerit, sistere jubetur, GENERALIS; qua verò quis ad singulos Actus separatim vocatur, SPECIALIS dicitur.

## CXV.

Citatio ad eum directa, in qua jurisdictio citanti competit, IMMEDIATA; in eum verò, qui eidem non paret MEDIANTE LITTERÆ, a citante ad citandi Magistratum directæ, de dimittendo hoc, REQUISITORIALES dicuntur.

## CXVI.

Citatio  
Perempto-  
ria - Dila-  
toria - Ar-  
diatoria -  
Monitoria  
ria.

CITATIO, quæ in casum non factæ compositionis pœ-  
nam contumaciæ annexam habet, PEREMTORIA; quæ non  
DILATORIA, sc. Simplex; quæ componendi necessitatem im-  
ponit, ARCTATORIA, qua quis vocatur ad prospiciendum si-  
bi, ne præjudicium capiat, MONITORIA dicitur.

CXVII.

Litigare -  
Lis.

Quando alter jure sibi competere, vel legitimè a se fa-  
ctum quid dicit, a ter negat, LITIGARE dicuntur. Contra-  
dictio igitur circa jura competentia, vel factorum justitiam  
LIS est, sc. CONTROVERSIA.

CXVIII.

Litispen-  
dentia.

Status controversiæ, quo ea Judici subjecta efficitur,  
LITISPENDENTIA dicitur.

CXIX.

Cautio -  
Juratoria -  
Pignora - Pi-  
gnoratia - Fide-  
jussoria.

Promissum, de præstanda securitate ab imminente, vel  
possibili læsione, acceptatum, CAUTIO; Promissum ejusmodi  
juratum, JURATORIA CAUTIO; Non juratum CAUTIO PROMIS-  
SORIA, si res quædam in eventum læsionis obligatur, PIGNO-  
RATITIA; Si tertius obligationem promittentis in se susci-  
pit, FIDEJUSSORIA CAUTIO, sc. SATISDATIO dicitur.

CXX.

Cautio de-  
sisti - De-  
judicato-  
solvendo  
vadim-  
onium.

Qui promittit se præstiturum securitatem a læsione, quæ  
ex alterius non comparitione metuitur, DE JUDICIO SISTI; Qui  
verò promittit se præstiturum securitatem a læsione, quæ ex  
eo, quod alter non pareat sententiæ, metuitur, JUDICATUM  
SOLVI CAVET. SATISDATIONEM de judicio Sisti, Romani VA-  
DIMONIUM vocabant.

CXXI.

L. II. T. II.  
Eremodi-  
cium.

Si post litem contestatam alteruter litigantium ei se sub-  
duceret, EREMODICIUM dicebatur.

CXXII.

Contumax -  
Contuma-  
cia.

Qui id, quod competens Judex fieri vult, facere dolo-  
sè recusat, CONTUMAX dicitur. CONTUMACIA igitur est dolo-  
sa ejus, quod competens Judex fieri vult, denegatione.

CXXIII.

Si de dolo non parendi ex confessione non parentis con-  
stat, CONTUMACIA VERA; si is ex signis, legibus præscriptis  
saltem apparet, PRÆSUMTA dicitur.

Contuma-  
cia Vera -  
Præsum-  
ta.

CXXIV.

Ratio sufficiens non compositionis coram Judice LEGI-  
TIMORUM IMPEDIMENTORUM nomine venit.

Legitima  
Impedi-  
menta.

CXXV.

Dies, quibus jurisdictio non exercetur, FERIÆ dicun-  
tur.

L. II. T. II.  
Feria.

CXXVI.

Si jurisdictio propterea non exercetur, ut Cultui divi-  
no inserviant homines, FERIÆ DIVINÆ; Sin negotiis perfe-  
ctionem hominum respicientibus, HUMANÆ; feriæ, in statum  
tempus incidentes quotannis SOLENNES; extra ordinem in-  
dictæ, REPENTINÆ; Dies denique quoad dimidiam feriati IN-  
TERCISI dicuntur.

Feria Di-  
vina  
Humanæ -  
Solenne  
Repenti-  
na Inter-  
cisi dies.

CXXVII.

Tempus, quo plenè cessant judicia, JUSTITIUM; cui si  
turbulentus Reipublicæ status occasionem dedit; NECESSARIUM;  
si Princeps sponte indixit, VOLUNTARIUM dicitur.

Justitium  
Necessa-  
rium -  
Volunta-  
rium.

CXXVIII.

Dies, rei in judicio peragendæ præfixus, TERMINUS;  
Terminus ab eo, in cujus favorem constitutus est, neglectus  
CIRCURADUCTUS dicitur.

Termi-  
nus - Cir-  
cumductus

CXXIX.

Dierum, Rebus in Judicio peragendis præfinitorum, spa-  
tium DILATIO dicitur. Spatium illud, aut Lex indulget, aut  
Judex, aut voluntas litigantium; isto casu dilatio est LEGALIS,  
illo JUDICIALIS, hoc CONVENTIONALIS. Extensio hujus spa-  
tii PROROGATIO est.

Dilatio  
Proroga-  
tio.

CXXX.

TERMINUS omnem prorogationem excludens PEREMTO-  
RIUS vocatur.

Termi-  
nus Pe-  
remtorius.

CXXXI.

Annus -  
Solaris -  
Lunaris -  
Mensis -  
Lunaris -  
Solaris -  
Spatium, intra quod Sol Circulum suum per Zodiacum  
absolvere videtur, vel intra quod Universum circa Solem  
volvitur, ANNUS, & quidem SOLARIS; spatium verò, quo  
Luna duodecies Circulum suum per terram absolvit, ANNUS  
LUNARIS; spatium intra quod Luna per globum terraqueum  
movendo omnes mutationes absolvit, MENSIS LUNARIS; in-  
tra quod verò Sol signum Zodiaci unicum absolvere videretur,  
MENSIS SOLARIS dicitur.

## CXXXII.

Annus  
Continuus  
Utilis -  
Complexus 365. dierum se invicem excipientium AN-  
NUS CONTINUUS; Complexus verò 365. dierum, quibus juris  
dictio exercetur, ANNUS UTILIS vocatur.

## CXXXIII.

Dies -  
Nox -  
Dies Na-  
turalis -  
Civilis -  
Spatium, intra quod globus terraqueus movetur circa  
Solem, DIES generatim; in specie verò DIES dicitur spatium,  
per quod Sol Horizontem nostrum illustrat; quo vero no-  
stro oppositum, NOX; spatium ab ortu Solis ad occasum DI-  
ES NATURALIS; a medio noctis ad noctis proximæ medium  
DIES CIVILIS vocatur.

## CXXXIV.

Dies juri-  
dici sc.  
Utiles -  
DIES, quibus jurisdictio exercetur, JURIDICI, simul-  
que UTILES dicuntur.

## CXXXV.

EDERE est copiam rei alicujus præsentem facere.

## CXXXVI.

Libellus -  
LIBELLUS est propositio, continens Actoris intenctio-  
nem, hujusque rationem.

## CXXXVII.

Libellus  
Generalis -  
Obscurus  
Alternatius  
Contrari-  
us Inc-  
ptus -  
Si ex libello perspicui non potest, quid, quale, quan-  
tumve ab Actore petatur, LIBELLUS dicitur GENERALIS. Si  
factum non liquet, OBSCURUS; Si plura disjunctivè petuntur,  
ALTERNATIVUS; Si petitum contradictionem involvit, CON-  
TRARIUS; Si petitum intentioni contradicit, INEPTUS di-  
citur.

## CXXXVIII.

MUTARE LIBELLUM dicitur, qui aliud fundamentum  
agendi substituit; EMENDARE, qui quantitatem, aut qualita-  
tem facti mutat. DECLARAT, qui obscurius posita interpre-  
tatur.

## CXXXIX.

Declaratio voluntatis nostræ, respondentis voluntati al-  
terius, de re aliqua effectui danda, vel impedienda, CONSEN-  
SUS; Quod si voluntas contradicens voluntati alterius decla-  
retur, DISSENSUS dicitur.

## CXXXX.

CONSENSUS Verbis declaratus EXPRESSUS; Signis exter-  
nis manifestatus TACITUS; Si consensus alicui tribuitur, qui  
non consentit, FICTUS, & si Lex eum tribuit ob utilitatem,  
vel ejus, vel Reipublicæ, PRÆSUMPTUS dicitur.

## CXXXI.

Sermo, quo quis affirmat se alteri aliquid præstare, vel  
intuitu ejus aliquid omittere velle, PROMISSIO; Consensus  
verò alterius in promissum nostrum ACCEPTATIO est.

## CXXXII.

Promissum ab altero acceptatum dicitur PACTUM, sc. CON-  
VENTIO.

## CXXXIII.

Si PACTUM Salutem Reipublicæ intendit, PUBLICUM, si  
verò suum alicujus respicit, PRIVATUM dicitur.

## CXXXIV.

PACTUM, quod nullam in foro intentandam actionem  
producit, NUDUM; Ex quo verò valida actio oritur, NON  
NUDUM, sc. VESTITUM dicitur.

## CXXXV.

PACTA, quibus validam Actionem tribuit Lex, LEGITI-  
MA, quibus Prætor, PRÆTORIA, quæ ex eo, quod in con-  
tinenti contractibus adduntur, ipsis annum erantur, ADJECTA  
dicuntur.

**Pactum** **Expressum - Tacitum.**  
**Pactum Simplex - Alternativum.**  
**Pactum obligatorium - Liberatorium - Mixtum.**  
**Pactum Claudicans.**  
**Essentialia Naturalia - Accidentalibus pactorum.**  
**Tractatus - Appunctatio.**  
**Nomen - Causa.**  
**Contractus - Commercialis.**

Ex consensu tacito, vel expresso oritur PACTUM TACITUM, vel EXPRESSUM.

## CXXXVII.

PACTUM, quo quis ad aliquid præcisè effectui dandum, vel impediendum se obligat, SIMPLEX, quo verò quis ad alterutrum è pluribus effectui dandum, vel impediendum se obligat, ALTERNATIVUM est.

## CXXXVIII.

PACTUM, quo quis, se existentiae aliquid redditurum, vel impediturum, promittit, OBLIGATORIUM; Si verò promittit, se nolle, ut alter ipsi præstet, quæ præstare debebat, LIBERATORIUM audit; Si utrumque fit, MIXTUM est.

## CXXXIX.

PACTUM, in quo alter obligatur, alter nolens non tenetur, CLAUDICANS dicitur.

## CL.

Determinationes constantes alicujus pacti, ESSENTIALIA; Determinationes variables, quæ tamen Contractui ordinariè insunt, NATURALIA; Determinationes variables, quæ ne quidem Contractui ordinariè insunt, ACCIDENTALIA PACTORUM, vel CONTRACTUUM vocantur.

## CLI.

Deliberatio duorum, vel plurium, de pacto ineundo, TRACTATUUM nomine venit; Consignatio verò determinativum, quæ pactum perficiendum adhuc ingredi debent, APPUNCTATIONIS barbaro vocabulo salutariter consuevit.

## CLII.

NOMEN hîc dicendum est certa ex Lege oriunda determinatio, ex qua formula agendi suppetebat; CAUSA verò determinatam aliquam præstationem significat.

## CLIII.

Pacta, commerciis hominum interservientia, nobis, talia verò, quæ nomen, vel causam habebant, Romanis CONTRACTUS sunt. Sunt autem COMMERCIA, mutuæ eorum, quæ ad vitæ necessitatem, & commoditatem pertinent commutationes,

CONTRACTUS, qui Nomen simul, ac causam habent, NOMINATI; qui solam causam absque Nomine, habent, INNOMINATI sunt.

Contractus Nominati - Innominati.

## CLV.

CONTRACTUS, in quo uterque ad aliquid effectui dandum, vel impediendum se obstringit, BILATERALIS; in quo alteruter tantum, UNILATERALIS vocatur.

Contractus Unilateralis - Bilateralis.

## CLVI.

CONTRACTUS, in quibus obligatio specifica oritur ex rei traditione, REALES; In quibus ex Scriptura, LITERALES; In quibus ex verbis secundum artem pronunciatis, VERBALES; in quibus ex consensu, CONSENSUALES, dicuntur.

Contractus Reales - Literales - Verbales - Consensuales.

## CLVII.

CONTRACTUS, quo status alicujus contrahentis perficitur, absque ulla intentione, eum ad aliquod, nisi quod communis hominum obligatio est, obligandi, BENEFICUS; Is verò, quo vicissim ad aliquid obligatur, ONEROSUS est.

Contractus Beneficus - Onerosus.

## CLVIII.

Quæcumque CONTRACTUI adjecta naturalia ejus mutant, eum INFORMARE; Quæ verò ex intervallo idem efficiunt, REFORMARE eundem dicuntur.

Contractus Informare - Reformare.

## CLIX.

CONTRACTUS, qui interpretationem secundum æquitatem recipiunt, BONÆFIDEI; In quibus verò interpretatio stricta verba sequebatur, STRICTI JURIS sunt.

Contractus Bonæ Fidei - Stricti Juris.

## CLX.

QUASI CONTRACTUS sunt facta ex præsumto consensu obligatoria.

Quasi Contractus.

## CLXI.

Pactum onerosum, quo jus, ac obligatio dubia determinatur, TRANSACTIO dicitur.

L. II T. 15. Transactio

## CLXII.

TRANSACTIO, quæ omnia dubia transigentium jura, ac obligationes determinat, UNIVERSALIS; quæque plura, sed ejusdem generis, GENERALIS; quæ individuum aliquod, SPECIALIS dicitur.

Transactio Universalis - Generalis - Specialis.

CLXIII.

**POSTULARE** Stilo Romano dicebatur, qui suo, vel alterius Nomine, Prætorem pro Tribunali sedentem rogabat, ut sibi liceret edere actionem, vel reum interrogare.

L. III. T. I. Postulare.

CLXIV.

Is, qui litigantibus Jus suggerit, partesque eorum tue- tur, **ADVOCATUS** dicitur.

Advocatus.

CLXV.

Qui causas Rempublicam respicientes defendit, **ADVOCATUS PUBLICUS**; Qui causas τὸ suum Subditorum respicientes, **PRIVATUS** dicitur.

Advocatus Publicus Privatus.

CLXVI.

Valor nobis ortus ex Judicio aliorum de gradu perfectionis nostræ **EXISTIMATIO**; Si perfectiones sint internæ, tum **INTENTA**, si externæ, **SIMPLEX** dicitur.

L. III. T. 2. Existimatio - Intenta - Simplex.

CLXVIII.

Privatio existimationis simplicis **INFAMIA**; Et qui existimatione simplici privatur, **INFAMIS** est.

Infamia - Infamis.

CLXVIII.

Si Lex declarat, aliquem violantem Legem, privatum esse debere existimatione simplici, **INFAMIA JURIS**; Si quis ob facta turpia, Lege infamia non notata, existimationem simplicem amittit, **INFAMIA FACTI** dicitur.

Infamia Juris - Facti.

CLXIX.

Privatio existimationis, non ob factum, sed ob Statum, **LEVIS NOTÆ MACULA** audit.

Levis notæ macula.

CLXX.

Qui negotia alterius mandato ejus curat, **PROCURATOR** est; Si Lis curatur, **JUDICIALIS**, in alis negotia, **EXTRAJUDICIALIS** dicitur, & **MANDATUM**, quo constituitur, **PROCURATORIUM**.

L. III. T. 3. Procurator Judicialis - Extrajudicialis - Mandatum Procuratori.

CLXXI.

Qui præsentis litigantis causam, præcipue status, tue- batur, **COGNITOR** olim dicebatur.

Cognitor.

CLXX.

CLXXII.

**PROCURATOR**, mandato tutoris Pupilli judicialia curans, **MANDATUM**, quo constituitur, **ACTORIUM** dicitur.

Actor - Actorium.

CLXXIII.

Qui negotia propria alterius nomine curat, **PROCURATOR IN REM SUAM**; qui aliena; **IN REM ALIENAM** vocatur.

Procurator in rem suam In rem alienam.

CLXXIV.

Is, qui negotia alterius mandato ejus, sed secundum arbitrium curat, **PROCURATOR CUM LIBERA**; Qui ad Normam præscriptam, **SINE LIBERA** dicitur.

Procurator cum, & sine libera

CLXXV.

**DOMINIUM LITIS** est facultas, qua actio alicui ita propria est, ut eam suo Nomine movere possit.

Domini- um litis.

CLXXVI.

Qui vicibus Procuratoris, eo impedito, vel mortuo, fungitur, **SUBSTITUTUS** dicitur.

Substitu- tus.

CLXXVII.

**MANDATUM**, quod omnes alicujus lites respicit, **GENERALE**; Quod aliquam saltem, vel singulos actus, **SPECIALE**.

Manda- tum gene- rale - Spe- ciale.

CLXXVIII.

**MANDATUM**, quod dedisse quis ex justa causa fingitur, **PRÆSUMPTUM** est.

Manda- tum Præ- sumptum.

CLXXIX.

Qui litem ex parte rei absque mandato suscipit, **DEFENSOR**; Si sponte id facit: **VOLUNTARIUS**; Sin ex obligatione aliqua erga eum, **NECESSARIUS** dicitur.

Defen- sor volun- tarius - Necessa- rius.

CLXXX.

Qui ex mandato præsumto negotia alterius judicialia curat, **QUASIPROCURATOR**, qui mandato omnino destituitur, **FALSUS PROCURATOR** dicitur.

Quasipro- curator - Falsus Procura- tor.

CLXXXI.

Complexus plurium individuorum, communi fini com- paratorum, **UNIVERSITAS** generatim, & si plura Ea sint res, **UNIVERSITAS RERUM**; Complexus verò plurium familiarum, **UNIVERSITAS PERSONARUM**; **Societas** artem aliquam excolens, exercens, aut

L. III. T. 4. Universi- tas - Re- rum - Personarum - aut

22  
Collegium aut regulis certis Deum colendi a districta, COLLEGIUM dicitur.

CLXXXII.

Syndicus -  
Syndicus -  
quo constituitur, SYNDICATUS.

CLXXXIII.

Administratio.  
Actus, quibus utilitas rei alienæ alterius nomine promovetur, ADMINISTRATIONIS nomine veniunt.

CLXXXIV.

Negotiorum Gestio -  
Rerum alterius, eo ignorante, extra iudicium suscepta administratio, NEGOTIORUM GESTIO dicitur; Et qui administrat, NEGOTIORUM GESTOR.

CLXXXV.

Gestor.  
Actio  
Negotiorum gestorum -  
ACTIO NEGOTIORUM GESTORUM DIRECTA est personalis competens ei, cuius negotia gesta sunt, adversus gerentem, ad rationes gestionis reddendas; CONTRARIA datur gestori adversus eum, cuius gesta negotia sunt, ad indemnitatem.

CLXXXVI.

L.III.T.6.  
Calumnia  
Calumniator.  
Lis alteri dolo malo mota, vel continuata, CALUMNIA; Qui ad hoc quocumque modo concurrat, CALUMNIATOR dicitur.

CLXXXVII.

Actio adversus Calumniatores.  
ACTIO ADVERSUS CALUMNIATORES erat actio in factum, competens ei, qui alteri quid dedit, ut calumnia non fieret, adversus accipientem, ad quadruplum, aut exacto anno, simplicium ejus, quod acceperat.

CLXXXVIII.

L.IV.T.1.  
Restitutio in integrum -  
Brevi manu -  
Si res in eum statum, in quo antea fuit, reducitur, IN INTEGRUM RESTITUI; Actus vero, quo res in eum statum, in quo antea fuit, reducitur, RESTITUTIO IN INTEGRUM; Quæ si contra lapsum fatale, sine prævia cognitione, conceditur, BREVI MANU' audit.

CLXXXIX.

L.IV.T.2.  
Spontaneitas -  
Metus -  
SPONTANEITAS est principium sese ad agendum determinandi, intrinsicum; METUS est tædium, ex repræsentatione fu-

23  
futura mali ortum; Qui nobis id repræsentat, NOS COGIT; ACTIO metu suscepta COACTA dicitur.

CXC.

Coactio, quæ facta externo fit, VIS; Quæ si alter determinetur, ut det aliquid, vel patiatu sibi surripi quid, ABLATIVA, ut faciat aliquid, COMPULSIVA, qua possessio libera impeditur, TURBATIVA, qua quis eâ omnino dejicitur, EXPULSIVA vocatur.

CXCI.

ACTIO QUOD METUS CAUSA est in rem scripta, data ei, cuius per vim compulsivam patrimonium deminutum est, adversus possidentem amissam rem, aut vim inferentem, ad restitutionem rei, & si intra annum moveatur, ad quadruplum.

CXCII.

Præmeditata intentio imperfectiorem aliquem faciendi, DOLUS; Repræsentatio verò fictitia, qua alter ad agendum determinatur, FRAUS dicitur. Vtrumque aut veram, aut apparentem alterius imperfectionem intendit; Illo casu DOLUS MALUS, ET FRAUS MALA; Hoc verò DOLUS BONUS, vel FRAUS BONA audit.

CXCIII.

DOLUS a simulante commissus, CLANDESTINUS, a non simulante, APERTUS est.

CXCIV.

Si DOLUS, vel FRAUS rationem sufficientem continet, cur quis contraxerit, CAUSAM DANS CONTRACTUI; Si verò spontè paciscens fraude, vel dolo imperfectior fit, INCIDENS dicitur.

CXCV.

Læsionem, quæ cui accidit citra intentionem cum eo contrahentis, DOLUM EX RE dicere consueverunt.

CXCVI.

ACTIO DOLI est personalis, competens dolo deceptis adversus decipientes, ad damni dolo dati resarcitionem.

CXCVII.

L.IV.T.4  
Major-  
Majoren-  
nitas Mi-  
nor Mi-  
norennitas.  
Veniz xia-  
tis:

Cui ætas tanta est, ut facultate instructus sit, externum, & internum statum suum perficiendi, MAJOR; cui quo minus id facere possit, ætas officit, MINOR dicitur; ætas ipsa MAJORENNITAS, vel MINORENNITAS, vocatur.

CXCVIII.

VENIA ÆTATIS est privilegium minori concessum, res suas absque Curatore administrandi.

CXCVIII.

L.IV.T.5.  
Capitis  
deminu-  
tio Magi-  
ma Me-  
dia  
Minima.  
Postlimi-  
nium.

Status civilis amissio, CAPITIS DEMINUTIO, & quidem, si libertas amittitur, MAXIMA; Si Civitas, MEDIA; Si familia MI- NIMA dicitur.

CC.

Jus recipiendi res, ac jura, quibus apud hostes existens exclusus erat, aut quæ apud hostes quum essent res, commer- cio Civitatis exemptæ erant, POSTLIMINIUM dicebatur.

CCI.

L.IV.T.6.  
Præsentia-  
Absentia.  
Absentia  
Volunta-  
ria - No-  
cessaria  
Laudabi-  
lis - Illau-  
dabilis -  
Indiffe-  
rens.

Nexus hominis, vel rei cum determinato aliquo spatio, PRÆSENTIA, opposita Notio, ABSENTIA est.

CCII.

Absentia, quæ rationem sufficientem in libera absentis determinatione habet, VOLUNTARIA, quæ non, NECESSARIA, cujus sufficiens ratio Legibus, vel moribus probatur, LAUDA- BILIS, cujus non, ILLAUDABILIS, cujus mentionem Leges non faciunt, INDIFFERENS vocatur.

CCIII.

Qui viribus majoribus instructus est altero, POTENTIOR; Qui actionem in alium, cui obligatio non debebatur, trans- fert, JUDICIUM MUTARE dicitur.

CCIV.

L.IV.T.7.  
Potentior  
Judicium  
mutare.

Cui facultas litem extra judicium decidendi a litiganti- bus conceditur, ARBITER, cujus consilium tantum a litiganti- bus, adhibetur, ARBITRATOR dicitur.

L.IV.T.8.  
Arbiter  
Arbitra-  
tor.

Arbiter, qui sponte a parte eligitur, COMPROMISSARIUS; Quem eligendum Lex jubet, vel permittit, LEGALIS, sc. JURIS dicitur.

Arbiter  
Compro-  
missarius -  
Juris.

CCVI.

Arbiter, in eventum, si arbitri constituti disenserint, electus, SUPERARBITER dicitur.

Superarbi-  
ter.

CCVII.

Pactum litigantium, de Lite arbitrio alicujus submit- tenda, COMPROMISSUM, quod si omnes committentium Lites respicit, dolique præstandi Clavulam annexam habet, PLE- NUM; Acceptatio Arbitri, RECEPTUM audit.

Compro-  
missum -  
plenum -  
Receptum

CCVIII.

Determinatio justæ, & injustæ, ab Arbitro, in casu a Li- tigantibus sibi proposito, facta, LAUDUM, id, si expresse, vel tacito Litigantium consensu approbatum est, HOMOLOGA- TUM vocari consuevit.

Laudum -  
Homo o-  
gatum.

CCIX.

ACTIO DE RECEPTO est personalis, divertentibus in Cau- pona, aut rerum suarum quid in eandem aut Navim infe- rentibus, adversus Cauponem, vel Nautam, ad repetendas res illatas competens.

L.IV.T.9.  
Actio de  
Recepto.

CCX.

Legitima controversiæ, coram persona jurisdictione gau- dente, inter Litigantes disceptatio JUDICIUM; ordo rerum in judicio proponendum PROCESSUS audit.

L.V.T.1.  
Judicium -  
Processus -

CCXI.

Si inter litigantes agitur de suo, JUDICIUM dicitur CIVI- LE; Sinde pæna alterutri applicanda, CRIMINALE dicitur.

Judicium -  
Civile -  
Criminale.

CCXII.

JUDICIUM, quod coram Præatore instituebatur, EXTRA- ORDINARIUM, quod coram Judice pedaneo, ORDINARIUM vo- cabatur.

Judicium -  
Extraordi-  
narium.

## CCXIII.

Judicium  
Populare.

JUDICIUM, quo de læsa auctoritate populi, vel securitate publica agitur ad mulctam. POPULARE dicebatur.

## CCXIV.

Judicium  
Reale-  
Personale.

Si de jure in re litigatur, JUDICIUM dicitur REALE; Si de obligatione, PERSONALE.

## CCXV.

Judicium  
Possessorium - Petitorium  
Processus Possessorius Petitorius.

Si de possessione rei litigatur, JUDICIUM POSSESSORIUM; Si de jure in re, respectu ad possessionem non habito PETITORUM; Ordo, quo disceptantes de possessione, vel jure in re inter se utuntur, PROCESSUS POSSESSORIUS, aut PETITORIUS dicitur.

## CCXVI.

Processus  
Ordinarius - Summarius.

Ordo solemnus, ac legitimus res in Judicio proponendi, PROCESSUS ORDINARIUS; Ordo verò quo, posthabitis solemnitatibus, quæ ad substantiam judicii pertinent, attenduntur saltim, PROCESSUS SUMMARIUS dicitur.

## CCXVII.

Judicium  
Mixtum.

JUDICIUM, quod de plurium natura participat, MIXTUM vocatur.

## CCXVIII.

Judicium  
Universale  
Singulare  
Generale.

Si de Universitate bonorum litigatur, JUDICIUM UNIVERSALE; Si de individuo, SINGULARE; Si verò de pluribus individuis, sub una specie comprehensis, GENERALE dicitur.

## CCXVIII.

Incidens  
Quæstio.

Si, judicio jam constituto, nova controversia, ex actione non conceptibilis initio, oritur, eodem judicio componenda, INCIDENS QUÆSTIO, id dicitur.

## CCXX.

Actor -  
Reus.

Qui jus aliquod in alterum sibi competere in judicio defendit, ACTOR; Quid idem jus actoris in se negat, REUS dicitur.

## CCXXI.

Judex.

Is, qui auctoritate Imperantis jura factis cum effectum applicat, JUDEX vocatur.

## CCXXII.

## CCXXII.

Qui a Præatore constituebatur, ad Jura factis secundum præscriptam formulam applicanda, JUDEX PEDANEUS dicebatur.

Judex  
Pedaneus.

## CCXXIII.

Judicium, in quo litigare oportet aliquos, FORUM COMPETENS dicitur.

Forum  
Competens.

## CCXXIV.

FORUM, quod pluribus commune est, GENERALE; Quod certis personis, vel rerum generibus proprium est, SPECIALE est.

Forum  
Generale -  
Speciale.

## CCXXV.

FORUM ORIGINIS dicitur Judicium ejus loci, in quo parens jure Civitatis est gavisus; DOMICILIUM locus, quo quis habitat animo ibidem commorandi; Judicium ejus loci, FORUM DOMICILII vocatur.

Forum  
Originis -  
Domicilium -  
Forum  
Domicilii.

## CCXXVI.

Judicium, in quo Lites, ex Contractibus, in eo loco celebratis, oriundæ, decidendæ, FORUM CONTRACTUS vocamus.

Forum  
Contractus.

## CCXXVII.

FORUM, in quo de delicto commisso cognoscitur, DELICTI vocamus.

Forum  
Delicti.

## CCXXVIII.

Judicium, in quo de re, sub jurisdictione ejus Loci posita, disceptatur, FORUM REI SITÆ nuncupamus.

Forum  
Rei Sitæ.

## CCXXIX.

Si Lites diversi generis ita connexæ sunt, ut ad idem pertineant Forum, CONTINENTIÆ CAUSARUM dicitur idem. vid. §. CCLXXXIII.

Forum  
Continentiæ  
Causarum.

## CCXXX.

Qui Domicilio caret, VAGABUNDUS dicitur.

Vagabundus.

## CCXXXI.

Litigantium de Lite prosequenda in judicio facta declaratio, LITIS CONTESTATIO audit.

Lit. Contestatio.



CCXXXII.

L. C. Af- firmativa - Negativa. Litigantes, declarantes Litem se persecuturos fore, aut in Principio juris, factique veritate, in Litem deducti, conveniunt, aut non; priori casu LITIS CONTESTATIO ORITUR AFFIRMATIVA, posteriori NEGATIVA.

CCXXXIII.

L. C. Spe- cialis - Ge- neralis. LITIS CONTESTATIO, qua omne Jus, aut omne factum ab Actore propositum negatur a Reo, GENERALIS; Qua vero singula ejus capita negantur, SPECIALIS est.

CCXXXIV.

L. C. Eventua- lis - Pura. LITIS CONTESTATIO sub conditione si satisfactum fuerit exceptionibus dilatoriis. EVENTUALIS; Sin abique omni con- ditione fit, PURA dicitur.

CCXXXV.

Officium Judicis. Actio Judicis, cujus commissio, vel ommissio dependet a Lege, etiam naturali, OFFICIUM ejus dicitur.

CCXXXVI.

Judex - Suspectus Recusatio Judicis Perhorrescere. JUDEX, quem male judicaturum probabile est, SUSPECTUS dicitur. Declaratio, se nolle, ut Judex jura tibi applicet, ob metum doli, RECUSATIO JUDICIS, quod si jurato hoc decla- ramus, PERHORRESCERE JUDICEM dicimur.

CCXXXVII.

L. V. T. 3. e. 5. Hæredita- tis petitio. HÆREDITATIS PETITIO est actio mixta, qua hæres hæreditatem sibi a possidente restituendam petit. Actio, qua bonorum possessor possessionem hæreditatis petit, HÆREDI- TATIS PETITIO POSSESSORIA dicitur.

CCXXXVIII.

L. V. T. 2. Querela Inofficiosi Testamen- ti. Hæreditatis petitio, quæ ei, qui Legitimâ solemniter, injustè tamen exclusus est, competit, QUERELA INOFFICIOSE TESTAMENTI vocatur.

CCXXXIX.

L. V. T. 1. Rei vindi- catio. REI VINDICATIO est actio realis, qua Dominus, contra Possessorem rei suæ, agit ad eam restituendam.

CCXL.

PUBLICIANA ACTIO realis est, competens bonæ fidei Pos- sessori, adversus infirmiori jure possidentem, ad rem sibi re- stituendam.

L. VI. T. 1. Actio Pu- bliciana.

CCXLI.

Dominium utile rei immobilis incultæ, sub Lege eam colendi, & annum aliquod dandi, EMPHYTEUSIS; Contractus verò consensualis, de utili rei immobilis Dominio, sub con- ditione eam colendi, & annum quid in agnitionem Domi- nii directi dandi, CONTRACTUS EMPHYTEUTICARIUS; Qui prædium incultum colendum, & annum quid præstandum recipit, EMPHYTEUTA audit.

L. VI. T. 2. Emphyte- usis - Con- tractus Emphyte- uticarius - Emphy- teuta.

CCXLII.

Quicquid ab Emphyteuta singulis annis in recognitio- nem Domini directi solvitur, CANON vocatur.

Canon.

CCXLIII.

ACTIO EMPHYTEUTICARIA est personalis, competens ex contractu Emphyteuticario, ad id, quod omni modo exin- de debebatur.

Actio Emphyte- uticaria.

CCXLIV.

Res corporalis, ex re immobili, propria alicui, singulis annis præstanda, CENSUS, qui, si in memoriam pristini Do- minii datur, RESERVATIVUS, sin ex alio capite CONSTITUTI- VUS dicitur. Contractus consensualis, de re corporali ex re immobili alteri singulis annis præstanda, CONTRACTUS CEN- SITICI nomine venit.

Census Re- servativus - Constitu- tivus Contractus Censiti- cus.

CCXLV.

CENSUS, qui contrario pacto tolli potest, REDIMIBILIS; Qui non, IRREDIMIBILIS dicitur.

Census Redimibi- lis Irre- dimibilis.

CCXLVI.

CENSUS, qui singulis annis secundum certam proportio- nem augetur, PROMOBILIS dicitur.

Census Promobi- lis.

CCXLVII.

Quantitas, quæ Domino directo pro consensu in trasla- tionem Domini utilis in alium solvitur, LAUDEMIOUM vocamus.

Laudemi- um.

CCXLVIII.

**L.VII T.1.** Uti est commoda ex re aliena ad necessitatem percipere; Ad commoditatem, & voluptatem, FRUI; Uti re cum interitū ejus, ABUTI vocatur.

CCXLIX.

**Ufusfru**  
**Aut Usuf-**  
**fructu**  
Jus re aliena utendi, & fruendi USUSFRUCTUS, qui utitur, & fruitur aliena re, USUSFRUCTUARIUS dicitur.

CCL.

**L.VIII T.5**  
**Quasius**  
**fructus -**  
**Quasiusuf**  
**fructuari**  
**us**  
Jus, re fungibili, fructus gratia, abutendi, QUASIUSUSFRUCTUS, qui abutitur hac ratione re, QUASIUSUSFRUCTUARIUS est.

CCLI.

**L.VII T.8**  
**Ulus U-**  
**suarius**  
**Habitatio.**  
Jus re aliena utendi USUS est; Qui utitur, USARIUS est, & audit.

CCLII.

Jus ædium partibus commorationi hominum destinatis, gratis utendi fruendi, HABITATIO est.

CCLIII.

**L.VII T.7**  
**OperaSer-**  
**vorum.**  
Jus utilitatem ex actionibus servi alieni percipiendi OPERUM SERVORUM nomine in jure venit.

CCLIV.

**L.VIII T.1**  
**Prædium**  
**Urbanum -**  
**Rusticum.**  
Res immobilis alicui propria, PRÆDIUM, quod, si habitationi, vel voluptati capiendæ destinatum, URBANUM; Si fructibus colligendis, aut agro colendo, RUSTICUM dicitur.

CCLV.

**Servitus**  
**Personalis**  
**Realis.**  
Jus utilitatem, vel fructum ex re aliena perpetuo percipiendi SERVITUS; quod si persona immediatè utilitatem, vel fructum acquirit, Personalis; Si mediatè suo prædio REALIS est.

CCLVI.

**Prædium**  
**Dominans -**  
**Serviens -**  
**Dominus**  
**Prædii Do-**  
**minantis -**  
**Serviēntis.**  
Prædium, cui utilitas aliqua accedit, DOMINANS; Quod eam præstat, SERVIENS; Ad quem pertinet prius, DOMINUS PRÆDII DOMINANTIS; Ad quem posterius, DOMINUS PRÆDII SERVIENTIS dicitur.

CCLVII.

**Servitus**  
**Rustica -**  
**Urbana.**  
Si prædium rusticum ex alio prædio utilitatem capit, SERVITUS RUSTICA; Sin prædium urbanum, URBAN dicitur.

CCLVII.

Quando utilitas prædio meo ex alterius prædio ita accedit, ut realitatem aliquam, altero non impediēte, in id conferendi jus mihi sit, AFFIRMATIVA; Si verò utilitas meo prædio quaeritur ex intermisso ab altero actū, NEGATIVA SERVITUS est.

CCLIX.

SERVITUTEM, quæ utilitatem nexū non interrupto præstat, CONTINUAM; Quæ verò eam certò tempore præbet, DISCONTINUAM dicunt.

CCLX.

Jus Materiem, ex qua Ædificium nostrum struendum prædio alieno ita inferendi, ut tectum in eo ex parte requiescat, SERVITUS TIGNI IMMITTENDI dicitur.

CCLXI.

Jus ædium nostrarum partem, alterius ædium parti imponendi SERVITUS ONERIS FERENDI; Jus ædificii nostri partem super aream vicini ita producendi, ut in illa non requiescat, SERVITUS PROJICIENDI; Jus tectum in aream vicini producendi, SERVITUS PROTEGENDI dicitur.

CCLXII.

Jus, ædificia nostra altius, quam Lege, in commodum vicini lata, licet, extruendi, SERVITUS ALTIUS TOLLENDI; Jus prohibendi vicinum, ne ædificando certam mensuram versus cælum excedat, SERVITUS ALTIUS NON TOLLENDI est.

CCLXIII.

Aquam, per guttas cadens, STILLICIDIUM, in canales collecta, cum impetū profluens, FLUMEN vocatur. Jus, hoc, vel illud è nostro in vicinum prædium ducendi, STILLICIDIJ, ET FLUMINIS AVERTENDI, sc. RECIPIENDI SERVITUS; Jus verò prohibendi vicinum, ne stillicidio, vel flumine suo utatur, SERVITUS STILLICIDIJ, ET FLUMINIS NON RECIPIENDI, sc. NON AVERTENDI audit.

CCLXIV.

Servitus  
Luminum  
Prospectus  
Aus. Ne lu-  
minibus  
Et ne pro-  
spectui  
officiatur.

Jus, fenestram in Pariete vicini, vel communi habendi,  
SERVITUS LUMINUM; Jus in alterius prædium prospiciendi,  
SERVITUS PROSPECTUS; Jus prohibendi vicinum, ne lumen ob-  
scuret, SERVITUS NE LUMINIBUS OFFICIATUR; Jus prohibendi  
vicinum, ne liberum prospectum impediatur, Servitus, NE  
PROSPECTUI OFFICIATUR. dicitur.

CCLXVI.

L. VIII T. 3  
Iter.

Jus, per fundum alterius, in commodum prædii mei,  
eundi, & equitandi, ITER dicitur.

CCLXVII.

Aus -  
Plenus  
Minus ple-  
nus.

Jus Animalia, vel sola, vel curru non onusto juncta, per  
fundum alienum ducendi, ACTUS, & quidem MINUS PLENUS;  
Actus, cum jure eundi conjunctus, PLENUS dicitur.

CCLXVIII.

Via.

Jus, per prædium alterius quodlibet vecturæ genus du-  
cendi, VIA in specie; Generatim verò, VIA dicitur Jus, e-  
undi, agendi, & vehendi per alterius prædium.

CCLXIX.

Aquedu-  
ctus -  
Aquahau-  
stus.

Jus aquam per alterius prædium in nostrum derivandi,  
AQUÆDUCTUS; Jus aquam ex alterius fonte in utilitatem præ-  
dii nostri petendi, AQUÆHAUSTUS dicitur.

CCLXX.

Jus pascen-  
di - Jus  
Compas-  
cui.

Jus Pecora nostra in alterius prædium mittendi, ut grami-  
ne, & herbis nutriantur, SERVITUS PASCENDI; Jus reciproco pacto  
constitutum communia pascua habendi, JUS COMPASCUI dicitur.

CCLXXI.

L. VIII T. 6  
Actio Con-  
fessoria -  
Negatoria.

ACTIO CONFESSORIA est realis, competens ei, qui Jus si-  
bi aliquod competere in prædio alieno asserit, adversus Do-  
minum ejus prædii, ad hoc, ut confiteatur is, servitutum in  
prædio suo competere. ACTIO NEGATORIA est realis, data  
Domino fundi, adversus servitutum in suo fundo quærea-  
tem, ad hoc, ut prædium suum declaretur liberum.

CCXXII.

Omne, quicquid ad alterum jure pertinet, & quæ ad  
perfectionem ejus faciunt, rō SUUM, & quidem, quod sta-  
tum internum perficit, INTERNUM, quod externum, EXTER-  
NUM vocatur. Violatio rō sui læsio & quidem pro diversitate  
rō sui violati, EXTERNA, vel INTERNA est.

CCLXXIII.

Malum, ortum ex læsione externa, DAMNUM dicitur,  
Quod, si contingit, dum alter actionem, nos lædentem, edit;  
DAMNUM COMMISSIONIS, si nobis non tribuit, quod tribuere  
debebat, DAMNUM OMISSIONIS dicitur.

CCLXXIV.

Violatio juris perfecti hęc INJURIA vocatur.

CCLXXV.

Damnum a quadrupede datum PRAPERIES dicitur.

CCLXXVI.

ACTIO, qua pauperiei, contra naturam bestię commis-  
sæ, rearsio a Domino bestię petitur, QUADRUPEDARIA dicitur.

CCLXXVII.

ACTIO, qua damnum injuria datum ab eo in quo ra-  
tio sufficiens est, cur datum sit, vindicatur, LEGIS QUILIÆ;  
Actio, qua damnum, corporali actū non accedente datum,  
vindicatur, L. AQUILÆ UTILIS dicitur.

CCLXXVIII.

Qui liquida collecta ex alto in terram prolabi patitur,  
EFFUNDERE; qui solida, DEJICERE dicitur.

CCLXXIX.

ACTIO DE EFFUSIS, & DEJECTIS est pœnalis, qua dam-  
num, effusione, vel dejectione datum, ab inhabitatore ædium,  
unde effusum, dejectumque, vindicatur.

CCLXXX.

Damnum ab homine alieni juris, vel animali datum  
NOXIA; Homo alieni juris, vel animal nocens, NOXA Roma-  
nis vocabatur. NOXÆ DARE est id, quod nocuit, ei, cui no-  
citur est, in solutum dare.

E

CCLXXXI.

L. IX T. 1.  
vid. 9  
CCLXXXV.  
L. IX T. 2.  
rō suum -  
Internum -  
Externum -  
Læsio la-  
terna -  
Externa.  
Damnum  
Commis-  
sionis  
Omissionis

Injuria.

L. IX. T. 1.  
Pauperies.

Actio Qua-  
drupeda-  
ria.

L. IX T. 2.  
Actio Le-  
gis Aquil-  
iæ.

L. IX T. 3.  
Effundere -  
Dejicere.

Actio de  
Effusis, &  
Dejectis.

L. IX T. 4.  
Noxia -  
Noxa.

**PIGNORATIO.** PIGNORATIO est detentio bestiae nocentis donec damnum resarciatur.

## CCLXXII.

**Actio Noxalis.** ACTIO NOXALIS est personalis, qua damnum a servo datum vindicatur a Domino.

## CCLXXIII.

**LXI. 1.** **Fines Ar-** Linea per extrema praedii cuiusdam ducta, in se rediens, **cifinia** **Continuum** FINIUM nomine venit. Quod si extrema praedii, aut territorii sint Montes, Flumina, aliaque egregiae limites Naturae, ARCIFINIA; Spatium, quod agros vicinos intercedebat, CONFINIUM Romani dicebant.

## CCLXXIV.

**Literae Terminales.** Instrumenta, quibus fines probantur, LITERAE TERMINALES dicuntur.

## CCLXXV.

**Actio Finium Regundorum.** ACTIO, qua finium confusorum restitutio, & praestatio ejus, quod interest a Possessore praedii vicini petitur, FINIUM REGUNDORUM dicitur.

## CCLXXVI.

**LXI. 1.** **Actio Familiae Eriscundae.** ACTIO, qua cohæredes inter se utuntur, ad obtinendam rerum hæreditariarum divisionem, FAMILIAE ERISCUNDÆ vocatur.

## CCLXXVII.

**LXI. 1.** **Actio Communi Dividenda.** ACTIO, qua agunt, qui communia inter se habuere quaedam, ad dividenda ea, COMMUNI DIVIDENDO dicitur.

## CCLXXVIII.

**LXI. 4.** **Exhibere.** Rem alicui praesentem ostendere, EXHIBERE dicitur.

## CCLXXIX.

**Actio ad Exhibendum.** ACTIO, qua res corporalis, in litem futuram deducenda, exhiberi petitur, ad EXIBENDUM vocatur.

## CCXC.

**LXI. 1.** **Interrogationes in Jure.** INTERROGATIONES circa Jus persequendum, vel possessionem, ante Litis contestationem fieri solitae, IN JURE VOCABANTUR.

Positiones, Actoris, vel Rei exceptionem continentes, aliterutri ad respondendum propositae, POSITIONES; Dans, PONENS responsurus, PONATUS barbarè dicitur.

Positiones Ponens - Ponatus.

## CCXCII.

POSITIONES, ad quas Ponatus respondere obligatus non est, IRRESPONSALES; Quae praesentem casum, seu factum non concernunt, IMPERTINENTES; Propositiones compositae, MULTIPLICES dicuntur.

Positiones Irresponsales - Impertinentes - Multiplices.

## CCXCIII.

Nexus litium diversi generis, quò ad idem Forum pertinent, CONTINENTIA CAUSARUM dicitur.

## CCXCIII.

Actio a reo convento contra Actorem in eodem Judicio movenda, RECONVENTIO audit.

LXI. 1. 2. Continentia Causarum - Reconventio.

## CCXCIV.

CORRUMPERE hìc, quoad animum deterioremem aliquem facere, notat.

LXI. 1. 3. Corrumperere.

## CCXCVI.

ACTIO, qua dominus servi corrupti, damni, dati per servum, duplum, a corrumpente eum petit, DE SERVO CORRUPTO vocatur.

## CCXCVII.

SERVUS, qui a Domino citra ejus voluntatem discedit, absque animo redeundi, FUGITIVUS; qui dilcedit, atque per loca vagatur, animo tamen aliquando revertendi, ERRO dicitur.

LXI. 1. 4. Servus Fugitivus - Erro.

## CCXCVIII.

ALEAM dicimus quemlibet actum, in quo Fortuna dominatur.

LXI. 1. 5. Alea.

## CCXCVIII.

Pactum de certa re, vel quantitate, ei danda, qui alterum, aut arte, aut fortuna superaverit, LUDUS; Si superet arte, ARTIS, si fortuna, FORTUNAE, si utraque concurrat, MIXTUS audit.

Ludus - Artis - Fortunae - Mixtus.

*Sponsio.* Pactum super re dubia, de pretio aliquo ei, cujus opinionem responderit eventus, solvendo, SPONSIO dicitur.

CCC I.

*L. XI T. 0.  
Mentor.*

Qui quantitatem rei determinat, MENSOR dicitur.

CCC II.

*L. XI T. 7.  
Sepulchrum -  
Publicum -  
Privatum  
Familiare  
Hæreditarium  
Particulare -  
Universale.*

Locus, quo Cadaver humanum reconditur, SEPULCRUM; Quod, si ad Universalitatem pertinet, PUBLICUM; Si ad homines privatæ sortis, PRIVATUM; Si cadaveribus familiæ destinatum, FAMILIARE; Si omnium, qui hæredes nobis sunt, HÆREDITARIUM, quod si ad solos hæredes ab intestato pertinet, PARTICULARE, si ad Scriptos simul, UNIVERSALE dicitur.

CCC III.

*Sepultura  
Honesta -  
Inhonestæ.*

Ipsa Cadaveris in Sepulcrum illatio, SEPULTURA dicitur, quæ, si in honorem defuncti adhibitis Ceremoniis fit, HONESTA, si Ceremoniis, in dedecus defuncti vergentibus, expediatur, INHONESTA vocatur,

CCC IV.

*Actio Funeraria.*

ACTIO FUNERARIA dicitur, qua is, qui sumptus in funus alicujus fecit, ab iis, quibus obligatio sepeliendi defunctum incumberebat, eos repetit.

CCC V.

*L. XII T. 1.  
Debitum  
Creditor  
Debitor  
Creditor.*

Id, quod ex quacunque obligatione me alteri, aut alterum mihi, præstare oportet, DEBITUM. Id verò, quod ex quocunque jure personali, ab altero exigere possumus, CREDITUM; Cui incumbit obligatio præstandi quid, DEBITOR; Cuius personale exigendi quid ab altero competit, CREDITOR vocatur.

CCC VI.

*Debitum -  
Liquidum -  
Illiquidum.*

DEBITUM, de cujus qualitate, & quantitate constat, LIQUIDUM, de cujus non, ILLIQUIDUM dicitur.

CCC VII.

*Mutuum.*

Datio rei fungibilis in genere restituendæ MUTUUM audit.

CCC VIII.

AES omne nummorum genus notat; Quod nos alii debemus, ALIENUM, quod alii nobis debent, SUUM dicitur.

CCC IX.

MUTUUM, simulato alio Contractu initum, PALLIATUM dicitur.

CCC X.

MUTUUM, ab eo, qui contrahere non poterat, datum, & ab accipiente b. fide consumptum, CONCILIATUM dicitur.

CCC XI.

Scripta datæ pecuniæ possessio, EXPENSILATIO; acceptæ pecuniæ, ACCEPTILATIO; CONTRACTUS, qui expensi & acceptilatione perficiebatur, NOMINIS dicebatur.

CCC XII.

CONTRACTUS, quo quis scriptura sua post quinquennium obligatur, CHYROGRAPHARIUS audit.

CCC XIII.

CONDICTIO CERTI EX MUTUO est actio personalis, qua creditor rem fungibilem a debitore in genere restituendam petit.

CCC XIV.

QUERELAM NON NUMERATÆ PECUNIÆ dicunt actionem personalem, qua Chirographum, spè accipiendi mutui datum, repetitur.

CCC XV.

Provocatio Vindictæ divinæ in casum mendacii JUSJURANDUM, vel JURAMENTUM audit.

CCC XVI.

JUSJURANDUM, quo veritas facti affirmatur, ASSERTORIUM; Quo futurum aliquid contenditur PROMISSORIUM est.

CCC XVII.

JUSJURANDUM, in Judicio præstandum, JUDICIALE, & quidem, si ea intentione utriusque litigantis præstetur, ut secundum id Judex pronunciet, LITIS DECISORIUM; id si alteruter litigantium alteri defert, VOLUNTARIUM; si Judex imponit, NECESSARIUM dicitur.

*Et Alienum  
Suum.*

*Mutuum -  
Palliatum.*

*Mutuum -  
Conciliatum.*

*Expensilatio  
Acceptilatio -  
Contractus -  
Nominis.*

*Contractus -  
Chirographarius.*

*Condictio  
Certi ex  
Mutuo.*

*Querela  
N N P.*

*L. XII T. 2  
Jusjurandum.*

*Jusjurandum  
Affertorium -  
Promissorium.*

*Jusjurandum  
Judiciale -  
Voluntarium -  
Necessarium.*

*Litis  
Decisorium.*

Jusjurandum Calumnie - Malicie - Speciale.

JUSJURANDUM, quo quis promittit, se Litem dolo malo non protracturum esse, CALUMNIÆ; Quo quis promittit, se veritatem in casu proposito dicturum, MALITIÆ, scilicet CALUMNIÆ SPECIALE dicitur.

CCCXIX.

Jusjurandum Dandorum - Respondendorum

JUSJURANDUM, quo quis promittit se velle ad propositas positiones secundum scientiam respondere, RESPONDENDO; quo verò Ponens asserit positionum veritatem, DANDORUM dicitur.

CCCXX.

Jusjurandum Appellationis

JUSJURANDUM, quo quis asserit, sibi sententiam, aqua provocavit, injultam videri, APPELLATIONIS vocatur.

CCCXXI.

Jusjurandum Diffessionis.

JUSJURANDUM, quo quis negat, se instrumenti editi notitiam habere, DIFFESIONIS audit.

CCCXXII.

Jusjurandum Suppletorium Purgatorium.

JUSJURANDUM, quod is, qui semiplenè probavit, præstat, ad perficiendam probationem, SUPPLETORIUM; Id verò, quod præstat iudiciis gravatus ut liberet se ab eis, PURGATORIUM dicitur.

CCCXXIII.

Jusjurandum Perhorrescentie.

JUSJURANDUM, quo Litigantium aliquis affirmat, se metuere, ne Judex contra Jus pronunciet, PERHORRESCENTIÆ vocatur.

CCCXXIV.

Jusjurandum Solemne - Corpore.

JUSJURANDUM, adhibitis ceremoniis præstitum, SOLEMNE dicitur, vel etiam CORPORALE.

CCCXXV.

Avisatio - Jusjurandum Avisatum.

Commonitio de vitando perjurio, juncta jurisjurandi præstandi interpretatione, AVISATIO; Jusjurandum ad præcedentem Avisationem præstitum AVISATUM audit.

CCCXXVI.

Jurare - Jusjurandum Deferre - Referre.

JUSJURANDUM recitatum, est JURARE; Petere, ut alter juret, JUSJURANDUM DEFERRE; Petere, ut, qui detulit jusjurandum, ipse illud præstet, JUSJURANDUM REFERRE est.

CCCXXVII.

AESTIMARE est præcium rei determinare; JUSJURANDUM quo res, in Judicium deducta, a petente æstimatur, IN LITEM dicitur.

CCCXXVIII.

Status animæ, voluptatem ex re aliqua capiendi, AFFECTIO vocatur; Hæc vel ex rationibus communibus, aut singularibus oritur, & tum est vel communis, vel singularis. Aestimatio, quæ rei tribuitur propter affectionem singularem, PRETIUM AFFECTIONIS dicitur.

CCCXXIX.

JUSJURANDUM quo rei in controversiam vocatæ verum præcium determinatur, IN LITEM VERITATIS; Quo rei, dolo amissæ singulare præcium secundum affectionem petentis determinatur, IN LITEM AFFECTIONIS; Quo damnum emergens, & lucrum cessans determinatur, SINGULARIS INTERESSE audit.

CCCXXX.

JUSJURANDUM quo res vi ablata, vel damnum vi datum æstimatur, ZENONIANUM; Quo verò damnum, vi ablativa, vel expulsiua datum, determinatur in Foris Saxonis, MINORATIONIS audit.

CCCXXXI.

Actio, ex certo determinatoque negotio competens, formula agendi carens, CONDICTIO in specie dicitur.

CCCXXXII.

CONDICTIO, qua id repetitur, quod in certum finem licitum, non sequutum, datum fuit, CAUSA DATA, CAUSA NON SEQUUTA, dicitur.

CCCXXXIII.

Quicquid contra Leges impingit, INJUSTUM, quicquid contra regulas decori, TURPE dicitur. CONDICTIO OB TURPEM ET INJUSTAM CAUSAM est actio, qua id, quod datum erat, ex causa, ratione accipientis injusta, & turpi, repetitur.

CCCXXXIV.

L. XII. T. 3. Estimare - Jusjurandum in Lites - Affectio Communis - Singularis. Pretium Affectio - nis.

Jusjurandum in Litem veritatis - Affectio - nis Singularis interesse.

Jusjurandum Zenonianum Minorationis.

L. XII. T. 4. Condictio.

Condictio Causa data Causa non sequuta.

Injustum - Turpe - Condictio ob Turpem & Injustam Causam.

**Si præstatur, quod in obligatione non erat, INDEBITUM SOLVI dicitur.** Id, quod solutum, vel plenè in obligatione non fuit, aut in obligatione infirmata; Illud INDEBITUM VERUM, hoc SECUNDUM QUID vocatur. Obligatio aut est naturalis, infirmata a Jure civili, & tum CIVILE, aut est civilis, naturali juri non conveniens, & hoc casu NATURALE INDEBITUM id dicimus.

L. XIII. T. 6  
Indebitum  
Soluti In-  
debitum  
verum  
Secundum  
quid.

CCCXXXV.

**INDEBITI SOLUTIO est Quali Contractus, quo, soluto, quod natura non debebatur, accipiens ad id restituendum obligatur.** Actio personalis, qua indebitum naturale, facti errore solutum, qui ex eo lætus est, ab accipiente repetit, CONDICTIO INDEBITI audit.

Indebiti  
Solutio -  
Indebiti  
Conditio.

CCCXXXVI.

**Res SINE CAUSA apud aliquem EXISTERE dicitur, quando id, ex quo concipitur acquiritam fuisse, injustum, aut justum quidem, sed post infirmatum fuit.** Actio personalis, qua res, sine causa acquiritam, consumpta, vel ex justa causa, sed infirmata, apud aliquem existens, vel ipsa, vel æstimatio ejus repetitur, CONDICTIO SINE CAUSA dicitur.

L. XII. T. 7  
Sine causa  
existere  
Conditio  
sine causa.

CCCXXXVII.

**CONDICTIO FURTIVA est actio personalis, qua res furto ablata cum omnibus fructibus, vel si perierit, æstimatio eius, per Dominum, vel bonæ fidei Possessorem a Fure, & ejus hæredibus repetitur.**

L. XIII. T. 1  
Conditio  
Furtiva.

CCCXXXVIII.

**CONDICTIO EX LEGE est actio personalis, qua id, quod ex nova aliqua Lege, ad determinatum alias negotium non referendum, debetur, præitari petitur.** Si obligatio ex præceptis Juris Canonici oritur, CONDICTIO EX CANONE, si ex consuetudine, CONDICTIO EX MORIBUS vocatur.

L. XIII. T. 2  
Conditio  
ex Lege.

CCCXXXIX.

**Actio Arbitraria, qua res quælibet, non quantitas, et moram, vel casum non amplius præstanda, aut in subsidium**

L. XII. T. 3  
Conditio  
Triticiana.

ejus

ejus æstimatio petitur, CONDICTIO TRITICIARIA dicitur.

CCCXL.

**ACTIO Arbitraria, qua id, quod ex contractu stricti juris certo loco præstandum, nec solutum, cum omni eo, quod interest, petitur, DE EO, QUOD CERTO LOCO DARI OPORRET dicitur.**

L. XIII. T. 4  
Actio de  
eo, quod  
certo loco  
&c.

CCCXLI.

**CONSTITUTUM est pactum, quo quis id, quod ipse, vel alius debet, se soluturum promittit.**

L. XII. T. 6  
Constitu-  
tum.

CCCXLII.

**ACTIO DE CONSTITUTA PECUNIA est personalis, qua debitum ex constituto petitur.**

Actio De  
Constituta  
Pecunia.

CCCXLIII.

**Concessio usus rei nostræ gratuita ad usum definitum, COMMODATUM vocatur.** Qui rem utendam tradit, COMMODANS, qui utendam recipit, COMMODATARIUS dicitur.

L. XII. T. 6  
Commo-  
datum -  
Commo-  
dans -

CCCXLIV.

**ACTIO COMMODATI DIRECTA est personalis, qua commodans, aut ejus hæredes, rem commodatam a Commodatario, vel ejus hæredibus, repetunt.** ACTIO COMMODATI CONTRARIA est personalis, qua Commodatarius, ejusve hæredes, indemnitatem intuitu rei commodatæ a Commodante, vel ejus hæredibus, præstari possulant.

Actio  
Commo-  
dati.

CCCXLV.

**Usus Virium nostrarum, aliarumque rerum, ad finem propolatum sufficientium, DILIGENTIAM; Non usum verò Virium nostrarum fini inservientium, deliberatum, DOLUM; Indeliberatum, CULPAM; Non usum memoriæ, ac imaginationis, LATAM CULPAM; Non usum intellectus, ac rationis, LEVEM CULPAM; Non usum ingenii, ac acuminis, LEVISSIMAM CULPAM dicimus.** PRÆSTARE verò CULPAM est damnum Culpa datum compensare.

Diligen-  
tia - Do-  
lus - Cul-  
pa Lata -  
Levis -  
Levissima -  
Culpam  
Præstare.

CCCXLVI.

**Quicquid in suscipiendo negotio extra nexum probabilem est, CASUS; Casus, nullo hominis studio avertendus, VIS MAJOR dicitur.**

Casus -  
Vis Major.

**Res, Creditori, in securitatem Crediti, a debitore obligata, PIGNUS dicitur. ACTIO PIGNORATITIA DIRECTA** est personalis, qua is, qui PIGNUS obligavit, vel ejus hæredes, obligationem solvi intendunt; **CONTRARIA**, qua indemnitas intuitu pignoris petitur.

## CCCXLVIII.

**ACTIO HYPOTHECARIA** est realis, qua Creditor possessionem pignoris a quocumque detentore postulat.

## CCCXLIX.

**EXERCITOR** dicitur, qui redditus Navis percipit; Cujus curæ Navis commissa, **MAGISTER NAVIS** vocatur.

## CCCL.

**EXERCITORIA ACTIO** est personalis, qua ii, qui cum Magistro Navis in utilitatem Exercitoris contraxere, Contractum ab hoc impleri desiderant.

## CCCLI.

**Pactum præsumtum**, de præstanda indemnitate, ei, cui damnum contigit ob communem salutem navigantium, **HAVERIA**; Si damnum alicui contigit ob salutem Navis quamcunque, **COMMUNIS**; Sin ob Mercium jactum, **GROSSA** vocati consuevit.

## CCCLII.

**INSTITOR** est Procurator, ad negotiandum datus.

## CCCLIII.

**ACTIO** personalis, qua is, qui cum Institore contraxit, Contractum a Mandante impleri contendit, **INSTITORIA** vocatur.

## CCCLIV.

**ACTIO** personalis, qua Creditores Filii Familias, aut Servi, agunt contra Patrem Familias, aut Dominum, Negotiationem iis permittentem, iniquè distribuentem, ad emendandam lætionem, **TRIBUTORIA** dicebatur.

## CCCLV.

**Bona, de quibus disponendi jus homini alieni juris competit, PECULIUM** dicuntur.

## CCCLVI.

**Bona in quæ homini alieni Juris jus disponendi competit, ideo, quod intuitu militæ acquirerit, PECULIUM MILITARE**, sc. Castrense, si studiis liberalioribus, aut eorum intuitu acquirat, **QUASI CASTRENSE PECULIUM** audit.

## CCCLVII.

**Peculium extra militiam acquisitum PAGANUM**; Si Pater, aut Dominus rationem juris disponendi, quod filiusfam., aut servus habet, continet, **PROFECTITIUM**; Si extraneus, **ADVENTITIUM**, idque Ordinarium, si & Pater jure aliquo in illud gaudet; Sin nullo, **EXTRAORDINARIUM** dicitur.

## CCCLVIII.

**ACTIO** personalis, qua contrahens cum Filiofamilias, aut Servo, de peculio profectio, ex eo implementum contractus præstari a Patre vel Domino postulat, **DE PECULIO** dicitur.

## CCCLIX.

**IN REM** alicujus **VERSUM** dicitur, quicquid perfectionis ejus causa impensum est.

## CCCLX.

**ACTIO** personalis, qua contrahens cum Filiofamilias vel servo, in utilitatem Patris, vel Domini, ab his implementum contractus postulat, **DE IN REM VERSO** dicitur.

## CCCLXI.

**JUSSUS** est mandatum, personæ alieni juris præscriptum, ab eo, in cujus potestate est. Actio verò, qua creditor contractum, a persona alieni juris celebratum, jussu ejus, in cujus potestate est, ab eodem impleri desiderat, **QUOD JUSSU** dicitur.

## CCCLXII.

**INTERCEDERE** dicitur, qui alienam obligationem, vel in totum, vel pro parte, recipit.



*Certiorare.* Notitiam Juris ejusdem alicui facere CERTIORARE dicunt.

*L. XVI. T. 2. Compensatio.* COMPENSATIO est liberatio a debito, per collationem hujus, ad creditum factam.

*Retentio.* Denegata debiti, ob creditum, restitutio, RETENTIO audit.

*L. XVI. T. 1. Depositorum Deponens Depositarium.* Res mobilis, alteri gratis custodienda data, DEPOSITUM dicitur. Tradens, DEPONENS; Recipiens, DEPOSITARIUS audit.

*Depositorum Miserabile.* Res, ob metum amissionis alicui gratis custodienda commissa, DEPOSITUM MISERABILE vocatur.

*Depositorum Irregularare.* DEPOSITUM in mutuum mutatum, IRREGOLARE vocatur.

*Actio Depositi.* ACTIO personalis, qua deponens depositum a depositario restituendum postulat, DEPOSITI DIRECTA; Qua vero depositarius indemnitate intuitu depositi præstari desiderat, DEPOSITI CONTRARIA dicitur.

*Sequestrum Voluntarium - Necessarium.* Res litigiosa, deposita apud tertium, SEQUESTRUM; Tertius ille apud quem deposita est, SEQUESTER; Si res consentiente utraque parte tertio committitur custodienda, SEQUESTRUM VOLUNTARIUM; Si auctoritate judicis, NECESSARIUM, scilicet JUDICIALE vocatur.

*Actio Sequestraria.* ACTIO personalis, qua victor rem depositam a sequestro tradi sibi postulat, SEQUESTRARIA DIRECTA; Qua sequester indemnem se servari contendit, CONTRARIA dicitur.

Pactum, de negotio aliquo alieno nomine perficiendo, MANDATUM; Qui perficit, MANDATARIUS, cujus nomine perficitur, MANDANS vocatur.

ACTIO personalis, qua mandans a Mandatario implementum negotii suscepti requirit, MANDATI DIRECTA; Qua vero mandatarius indemnitate intuitu negotii suscepti postulat CONTRARIA dicitur.

Pactum, de rerum, æquali jure possessorum, lucro, damnoque eodem modo ferendis, SOCIETAS BONORUM; Paciscentes, SOCII dicuntur.

Jus plurium, rem unam eandemque ad proprios usus adhibendi, COMMUNIO BONORUM.

Societas, de omnibus ad certum genus spectantibus bonis inita, GENERALIS, de certis verò ac determinatis rebus, PARTICULARIS est.

Societas, in quam tantum usus, quantum alter confert, ÆQUALIS; In quam alter majorem quantitatem, alter minorem quantitatem, aut alter rem, alter operas confert, INÆQUALIS; qua alter damnum, alter lucrum recipit, LEONINA vocatur.

ACTIO personalis, qua socius implementum societatis a socio postulat, PRO SOCIO dicitur.

Translatio juris nostri in alium, pro determinato pretio, VENDICTIO; Qui transfert, VENDITOR; Acquisitio juris, quod alter habuit, EMPTIO; Acquirens EMPTOR; Translatio, & acquisitio juris pro certo pretio, EMPTIO VENDICTIO dicitur.

CCCLXXX.

Pretium  
Legale  
Conven-  
tionale.

Quantitas, qua res ad relationem inter se aptae sunt  
PRETIUM; Quod si ea quantitas per Legem determinata sit  
LEGALE; Si paciscentium voluntate, CONVENTIONALE voca-  
tur.

CCCLXXXI.

Merx.

Res aestimabilis in emendo, vendendoque MERX voca-  
tur.

CCCLXXXII.

Emtio Ven-  
ditio - Per-  
fecta -  
Consuma-  
ta.

Quando de merce, ac pretio in Emptione Venditione  
constat, PERFECTA Emptio Venditio; Tradita merce, ac pre-  
tio soluto, CONSUMATA dicitur.

CCCLXXXIII.

E V. Pu-  
blica - Pri-  
vata.

EMTIO VENDITIO, Judicis auctoritate celebrata, PUBLICA;  
Contrahentium voluntate sola inita, PRIVATA vocatur.

CCCLXXXIV.

Emtio  
Spei.

Promissio determinatae quantitatis, pro merce, cujus  
qualitas, aut quantitas a futuro casu determinabitur, EMTIO  
SPEI audit.

CCCLXXXVI.

Arrha.

Quicquid Emptor Venditori dat in signum, aut perfecti,  
aut perficiendi Contractus, ARRHA dicitur.

CCCLXXXVII.

E V. per  
Averfio  
nem Ad  
Quantita-  
tem.

Emtio Venditio quantitatis indeterminatae, PER AVER-  
SIONEM; Determinatae vero, AD QUANTITATEM dicitur.

CCCLXXXVIII.

Ruta Ca-  
sa Fixa  
Juncta.

Res mobiles, rei emtae non accedentes, RUTA CAESA;  
Res immobiles rei emtae accedentes, FIXA JUNCTA dicun-  
tur.

CCCLXXXIX.

Pactum De  
Retroven-  
dendo.

PACTUM, quo Emptor promittit, se velle rem emtam Em-  
ptori restituere, refuso ab hoc pretio, DE RETROVENDENDO di-  
cimus.

Pactum inter emtorem, ac venditorem, de non perficienda emtione, vel perfecta rescindenda, si intra certum tempus melior conditio allata fuerit, ADDICTIO IN DIEM, & quidem EXPRESSA; Si Lex hanc conditionem paciscentibus praescribit, TACITA dicitur.

L. XVIII.  
T. 2. Ad-  
dictio in  
Diem -  
Expressa -  
Tacita.

CCCXCI.

Pactum, quo Emptio Venditio nulla declaratur, si intra certum tempus pretium non solvatur, COMMISSORIUM audit.

L. X. III.  
T. 3. Pa-  
ctum Com-  
missorium.  
Jus Proxi-  
micos.

CCCXCII.

Jus, rem aliquam acquirendi praeter alio, idem pretium offerente, PROTIMISEOS dicitur.

CCCX III.

Translatio juris nostri in alterum per pactum, CESSIO; Qui trasfert, CEDENS, in quem transfertur, CESSIONARIUS dicitur.

L. XIVII.  
T. 4. Cef-  
fio Ce-  
dens Cef-  
fionarius.

CCCX IV.

Pactum, de alio substituendo, recipiendoque, sed asque periculo, debitore, ASSIGNATIO audit.

Assignatio

CCCXCV.

RESCISSIO est negotii validi, ex causa superveniente, dissolutio.

L. X. III.  
T. 5.  
Rescissio.

CCCXCVI.

ACTIO personalis, qua emtor, vel ejus haeredes, merces cum omni comodo praestari a venditore, vel ejus haeredibus, desiderant, EMPTI; ACTIO vero personalis, qua venditor, haeredesque ejus, pretium ab emtore, aut ejus haeredibus exigit, VENDITI dicitur.

L. XIX. T. 1.  
Actio Em-  
pti - Ven-  
diti.

CCCXCVII.

Concessio usus rei nostrae, vel operarum, pro certa mercede, LOCATIO; Usus rei alienae, vel operarum, CONDUCTIO; concedens LOCATOR, utens CONDUCTOR audit. Qui opus ali- quod faciendum ab altero conducit, REDEMPTOR OPERIS dicitur.

L. XIX. 1. 2  
Locatio -  
Conductio  
Locator -  
Conductor  
Redemptor  
Operis.

CCCXCVIII.

Locatio  
Conductio  
Irregularis

Quoties naturalia locationis conductionis mutata vides, toties **LOCATIO CONDUCTIO IRREGULARIS** dicitur.

CCCXCIX.

Inquilinus-  
Colonus  
Partiarius-  
Adscripti-  
clius - Ori-  
ginarius  
Colonarius  
Conditio  
nis.

Conductor praedii **Urbani, INQUILINUS**; **Rustici, COLONUS** dicitur. Hic, si loco mercedis fructuum partem praestet, **PARTIARIUS**; Si praedio perpetuo addictus, servili quodammodo conductione, **ADSCRIPTITIUS**; Ab hoc procreatus, eadem conditione utens, **ORIGINARIUS**; Qui per 30 Annos talem se exhibuit, **COLONARIAE CONDITIONIS** vocatur.

CCCC.

Contractus  
Socidae.

Locatio conductio Pecorum, pro viliori mercede, cum receptione periculi a conductore, **CONTRACTUS SOCIDAE** vocatur.

CCCCI.

Admodia-  
tio.

Conductio reddituum Provinciae, pro annua mercede, **ADMODIATIO** dicitur.

CCCCII.

Actio Loca-  
ti- Condu-  
cti.

Actio personalis, qua implementum contractus, aut indemnitate a Locatore postulat conductor, **CONDUCTI**; Quae idem Locator a conductore re exigit, **LOCATI** dicitur.

CCCCIII.

Lib. XIX.  
T. 1. Coa-  
tractus A-  
estimatus.  
Actio Aesti-  
matoria.

**CONTRACTUS INNOMINATUS**, quo res aestimata alicui traditur vendenda **AESTIMATORIUS** dicitur.

CCCCIV.

Actio personalis, qua is, qui rem aestimatam alteri vendendam tradidit, eandem, aut pretium conventum reddi sibi petit, **AESTIMATORIA** dicitur.

CCCCV.

Lib. XIX.  
T. 4. Per-  
mutatio.

Rerum, diversorum Dominorum, aequi pollentis valoris, invicem facta traditio, **PERMUTATIO** dicitur.

CCCCVI.

Lib. XIX  
T. 5.

Contractus do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias, facem sibi ipsis praefereunt, hinc earum explanatione supersedebo.

CCCCVII.

Actio, quae ob deficientem formulam a Praetore praescribatur, **PRÆSCRIPTIS VERBIS** dicebatur.

CCCCVIII.

Res, Creditori in securitatem debiti a Debitore obligata, **PIGNUS** generatim dicitur. Quod si ea res tradita fuerit Creditori, **PIGNUS** in specie; Si non, **HYPOTHECA** vocatur.

CCCCIX.

**PIGNUS** consensu Domini constitutum **VOLUNTARIUM**; Quod dissentiente eo obligatur, **NECESSARIUM** dicitur, sc. **PUBLICUM**.

CCCCX.

**PIGNUS**, quod Lex Creditori addicit, **LEGALE**, sc. **TACITUM**, & quidem **PURUM**, si factum hominis specificum non concurrat; Si concurrat, **MIXTUM** dicitur. Si Praetor Edicto, vel Decreto suo rem alterius pignoris nexu obligabat, **PIGNUS PRÆTORIUM**; Si Judex, causa cognita, sententia sua id ipsum faciat, **JUDICIALE** vocatur.

CCCCXI.

Pignus, Creditori mancipatum, vel in jure cessum, **FIDUCIA** dicebatur.

CCCCXII.

Quicquid vendito pignore, detractoque debito, debitor recipit, **HYPEROCHA** dicitur.

CCCCXIII.

Ulusfructus pignoris, in compensationem usurarum, **ANTICHRESIS**; **PACTUM** de Ulusfructus pignoris in compensationem usurarum, **ANTICHRETICUM**; Quod, si expresso consensu constitutum, **EXPRESSUM**, sin tacito, **TACITUM** dicitur.

CCCCXIV.

Receptio rei vitiosa venditae, a Venditore, **REDHIBITIO** dicitur.

CCCCXV.

Actio Pre-  
scriptis  
Verbis.

LXX T. 1.  
Pignus  
Hypotheca

Pignus Vo-  
luntarium-  
Necessarium.

LXX T. 2.  
Pignus  
Legale-  
Tacitum-  
Purum-  
Mixtum-  
Praetorium-  
Judiciale.

Fiducia.

LXX T. 3.  
Hyperocha.

Antichre-  
sis - Pactum  
Antichreti-  
cum - Ex-  
pressum -  
Tacitum.

LXXI T. 1.  
Redhibi-  
tio.

Actio Red-  
hibitoria  
Actio Ae-  
stimatoria  
sc. Quanti  
Minoris

ACTIO personalis, qua emtor rei vitio adfectæ eam a Venditore redhiberi desiderat, REDHIBITORIA dicitur; Actio verò personalis, qua idem restitutionem pretii, excedentis quantitatem rei vitio laborantis, exigit, ÆSTIMATORIA, seu QUANTI MINORIS vocatur.

CCCCXVI.

L. XXII.  
T. 2.  
Evincere  
Evictio  
Evictionem  
præstare.

EVINCERE est rem nostram, a tertio non jure alienatam, Vindicatione obtinere. Vindicatio ipsa dicitur EVICTIO; Pre- tium evictæ rei reddere, est EVICTIONEM PRÆSTARE.

CCCCXVII.

Auctor-  
Laudare  
Auctorem  
Judicium  
Defugere

Is, a quo rem, vel jus acquisivimus, AUCTOR; Eum in Judicio allegare, LAUDARE AUCTOREM, Auctor verò Judi- cium renuens, id DEFUGERE dicitur.

CCCCXVIII.

L. XXII.  
T. 1.  
Causa

Utilitas Accidentalıs, quam occasione rei cujusdam per- cipimus, CAUSA dicitur.

CCCCXIX.

Fructus-  
Fœtus-  
Partus-  
Fruges.

Quæ ex essentia rei cujusdam proveniunt, generatim, ex re inanimata, in specie, FRUCTUS, ex Animalı irrationali, Fœ- TUS, ex Homine PARTUS, ex Agro, FRUGES dicuntur.

CCCCXX.

Fructus Na-  
turales-  
Industria-  
les.

FRUCTUS, qui ex rei Natura, nulla adhibita cura, pro- veniunt, NATURALES; Qui curam, & culturam desiderant INDUSTRIALES dicuntur.

CCCCXXI.

Fructus  
Pendientes-  
Percepti-  
Percipien-  
di.

Fructus, a re, ex qua proveniunt, nondum Separati, PENDENTES, quos Separatos in Patrimonio suo habet Domi- nus, PERCEPTI; Quorum perceptio possibilis, PERCIPIENDI dicuntur.

CCCCXXII.

Fructus  
Extraneos-  
Consumpti.

Fructus, qui ad Patrimonio nostrum numerantur, EX- TIANEOS, qui in Patrimonio esse desierunt, CONSUMPTI dicun- tur.

Bonum, quod quis acquirere impeditur, LUCRUM CES- SANS; Malum, quod contraximus, aut quod imminet no- bis, DAMNUM EMERGENS dicitur.

Lucrum  
Cessans -  
Damnum  
Emergens.

CCCCXXIV.

Obligationis perfectæ exequendæ injusta retardatio, MO- RA; Si finiendæ obligationi dies constitutus est, EX RE; Si non, & debitor monitus sit, EX PERSONA; Monitio Credi- toris de solvendo INTERPELLATIO vocatur.

Mora - Ex  
Re Persona  
Interpel-  
latio.

CCCCXXV.

Compensatio usus rei, Lege, vel Pacto dari debita, USURÆ; Quantitas, pro cujus usu usuræ solvuntur, SORS di- citur.

Usuræ -  
Sors -

CCCCXXVI.

USURAS, quæ solvuntur ob fidem in Contractu non ser- vatam, PUNITORIAS; Quibus compensatur utilitas, Credito- ri decedens, Debitori verò accedens, COMPENSATORIAS; Quibus iniquum lucrum paratur Creditori, LUCRATORIAS di- cunt.

Usuræ Pū-  
nitorie -  
Compen-  
satorie -  
Lucrato-  
rie.

CCCCXXVII.

CENTESIMÆ USURÆ sunt, si pro sorte C. thaleros æquante singulis Annis XII. solvantur; si unitas, UNCIARIÆ; Si duo, SEXTANTES; Si tres; QUADRANTES; Si quatuor, TRIENTES; Si quinque, QUINCUNCES; Si sex, SEMISSES; Si septem, SE- PTUNCES; Si octo, BESSES; Si novem, DODRANTES; Si de- cem, DEXTANTES; Si undecim, DEUNCES dicuntur.

Centesime  
Usuræ  
Unciariæ -  
Sextantes -  
Quadrantes  
Trientes  
Quin-  
cunces -  
Semisses -  
Septunces -  
Besses -  
Dodrantes  
Dextantes  
Deunces -  
Anatoci-  
smos Con-  
junctus -  
Separatus  
Interusu-  
rium.

CCCCXXVIII.

Usuræ, pro retentione usurarum solvendæ, ANATOCI- SMUS, & quidem, si usuræ sortem augment, CONJUNCTUS; Si separatam sortem constituunt SEPARATUS, dicuntur.

CCCCXXIX.

Id, quod ex anticipata solutione quantitatis in diem de- bitæ Debitori accedit, Creditori verò decedit, INTERUSU- RIUM dicitur.

Interusu-  
rium.

Alterum Tantum. Usuras forti æquales, ALTERUM TANTUM dicunt.

Annui Reditus. Quantitas determinata, ex quantitate alia, alteri vendita, mihi obveniens, Annuorum REDITUM nomine venit.

Fœnus. FOENUS dicitur usura sortis, lucrificandi animo mutuo sumptæ.

L. XXII. T. 2. Pecunia Trajectitia. Quantitas, quam negotiatori, trans mare vecturo, nostro periculo credimus, PECUNIA TRAJECTITIA, IC. NAUTICA dicitur.

Fœnus Nauticum. Usuræ pecuniæ trajectitiæ, NAUTICUM FOENUS dicuntur.

Affecuratio Polizza. Receptio periculi rerum, de loco in locum transvehendarum, accepto, si translata fuerint, præmio, ASSECURATIO; Instrumentum contractus Affecurationis POLIZZA dicitur.

Bodmenia. Mutuum, Magistro Navis, vel Exercitori datum, si cetera Navis redierit, cum fœnore convento reddendum, BODMENIA dicitur.

Vitalitium. Acceptio usurarum majorum ad dies Vitæ sub periculo sortis, VITALITIUM dicitur.

L. XXII. T. 3. Probatio Reprobatio. Demonstratio rationis sufficientis veritatis alicujus, PROBATIO; Demonstratio rationis sufficientis falsitatis ejus, quod alter probare voluit, REPROBATIO; VERITAS autem convenientia propositionis, vel iudicii nostri cum objecto; FALSITAS verò, disconvenientia propositionis, vel iudicii nostri cum eodem dicitur.

Demonstratio veritatis facti per ratiocinationem ex eodem, PROBATIO ARTIFICIALIS; Demonstratio veritatis facti ex circumstantiis extrinsecis, PROBATIO INARTIFICIALIS; Probatio iurium DEDUCTIO dicitur.

CCCCXL. Demonstratio aut dubium aliquod oppositi relinquit, aut nullum. Hoc casu PLENA, illo verò minus PLENA dicitur probatio. Dubium, quod remanet, aut æquale est demonstratæ veritati, aut ea majus, aut eadem minus. Isto casu PROBATIO SEMIPLENA, illo SEMIPLENA MAJOR, hoc SEMIPLENA MINOR vocatur.

CCCCXLI. Omne, quod ob perspicuitatem suam probatione non indiget, NOTORIUM dicunt.

CCCCXLII. Assertio facti, ob rationes probabiles, PRÆSUMPTIO, rationibus probabilibus si Lex accedit absolute, PRÆSUMPTIO JURIS, & DE JURE, si secundum quid, donec scilicet contrarium fuerit probatum, PRÆSUMPTIO JURIS, si ratio probabilis ex facti circumstantiis eruitur, PRÆSUMPTIO HOMINIS dicitur.

CCCCXLIII. Scriptura, in rei gestæ memoriam fidemque confecta, INSTRUMENTUM vocatur. Quod si a personis, quibus auctoritas atque fides Imperantis voluntate concessa, aut in causis salutem Reipublicæ respicientibus, confecta sint, PUBLICA; si a personis, quibus ab Imperante auctoritas, ac fides speciatim non concessa, aut de suo civium confecta, PRIVATA; Privata instrumenta, a tribus viris honestis subscripta, QUASIPUBLICA vocantur.

CCCCXLIII. INSTRUMENTUM, per omnia liquidum, dicitur GUARANTIGIATUM.

CCCCXLIV. Instrumentum Guarantigiatum.

CCCCXLV.

Probatio Artificialis Inartificialis Deductio.

Probatio plena minus plena semiplena Major minor.

Notorium.

Præsumptio Juris Hominis, & de Jure.

L. XXII. T. 4. Instrumentum Publicum Privatum Quasipublicum.

Instrumentum Guarantigiatum.

CCCCXLV.

Instrumentum Indiscretum.

INSTRUMENTUM, quod rationem sufficientem, cur quis debeat, non exhibet, INDISCRETUM dicitur.

CCCCXLVI.

Diploma.

Instrumentum, a Principe, aut ejus nomine datum, DIPLOMA dicitur.

CCCCXLVII.

Chirographum  
Syngrapha  
Apocha  
Antapocha

Instrumentum privatum, de negotio unilaterali confectum, CHIROGRAPHUM; De negotio bilaterali vero, SYNGRAPHA; In quo solutionem factam creditor profitetur, APOCHA; In quo eandem a se jure factam esse fatetur debitor, ANTAPOCHA appellatur.

CCCCXLVIII.

Instrumentum Mortificationis

INSTRUMENTUM, quo aliud, tempore prius, aboletur, MORTIFICATIONIS vocatur.

CCCCXLVIII.

Inventarium.

Instrumentum bonorum cujusdam consignationem exhibens, INVENTARIUM dicitur.

CC CL.

Protocolum.

Prima eorum, quæ in Judicio, aut coram Notario acta fuere, consignatio, PROTOCOLLUM audit.

CCCCLI.

Edere Recognoscere Instrumenta.

Producere instrumenta in Judicio, eum in finem, ut alter eadem legat, aut describat, EDERE; eorum vero summam confiteri, RECOGNOSCERE eadem dicitur.

CCCCLII.

Instrumentum Authenticum Exemplum Transumptum - Vidi matum

INSTRUMENTUM, propria ejus, cujus interest, manu scriptum, vel subscriptum, AUTHENTICUM; Ex authentico descriptum EXEMPLUM, sc. COPIA; Ex protocollo Notarii descriptum, TRANSUMPTUM; Exemplum, cum authentico a Notario collatum, VIDIMATUM dicitur.

CCCCLIII.

L. XXII. T. 5. Testes Instrumentales

Personæ, quorum effatis ratio sufficiens veritatis assertæ probatur, TESTES; Eorum recognitione si instrumenti subscriptio

ptio probatur, INSTRUMENTALES; Quorum personis nihil opponi potest, TESTES EXCEPTIONE MAJORES dicuntur.

Exceptio-  
ne Majores

CCCCLIII.

Dies, probationi peragenda præfixus, TERMINUS PROBATORIUS audit.

Terminus Probatorius.

CCCCLV.

Propositiones, quarum veritas a testibus adserenda, ARTICULI PROBATORIALES; Qui eos proponit, ut testes eos asserant, PRODUCENS; Contra quem proponuntur, PRODUCTUS; Propositiones a producto articulis additæ, ut testes, & ad eas respondeant, INTERROGATORIA, quæ si statum ac personam testium respiciunt, GENERALIA; Si rem ipsam, SPECIALIA dicuntur.

Articuli Probatoriales Producentis Productus Interrogatoria Generalia Specialia.

CCCCLVI.

Designatio articulorum, ad quos quilibet testium respondere debet, DIRECTORIUM TESTIUM vocatur.

Directorium Testium.

CCCCLVII.

Mutua impugnatio ac defensio ejus. An sufficienter probatum sit? DISPUTATIO ATTESTATIONUM dicitur; Instrumentum, testium effata continens, ROTULUS TESTIUM est.

Disputatio Attestationum - Rotulus Testium.

CCCCLVIII.

ERROR est assensus propositioni falsæ datus; IGNORANTIA vero defectus notitiæ, & quidem, si ejus, quod ex Legum præscripto tribuendum alteri erat, JURIS; Ejus vero quod accidit, FACTI vocatur. Dubitatio est abstinencia ab actû affirmandi, vel negandi.

Disputatio Attestationum - Rotulus Testium.

CCCCLIX.

IGNORANTIA, ad quam removendam viribus instructi eramus, VINCIBILIS; Ad quam removendam vires deficiebant, INVINCIBILIS, vel PROBABILIS dicitur.

L. XXII. T. 6. Error Ignorantia Juris Facti Dubitatio Ignorantia Vincibilis Invincibilis sc. Probabilis.

CCCCLX.

Pactum de futuris nuptiis SPONSALIA; Paciscens Masculus, SPONSUS; Fœmina, SPONSA dicitur.

L. XXIII. T. 1. Sponsalia Sponsus Sponsa.

CCCCLXI.

Sponsalia  
Publica  
Clandestina

SPONSALIA hac ratione inita, ut de iis cuilibet con- stare possit, PUBLICA; Ita verò inita, ut nemin, nisi des- ponfatis, de iis initis constet, CLANDESTINA vocantur.

Sponsalia  
Pura - In  
Diem -  
Conditiona-  
ta.

SPONSALIA, quorum implementum, nullo, neque tem- pore, neque conditione, limitatur, PURA; quæ a tempore, IN DIEM; Quæ a conditione limitantur, CONDITIONATA sunt.

Sponsalia  
de Futuro  
Et de Pre-  
senti.

SPONSALIA, quibus effectus Matrimonii pacto despon- satorum applicantur, DE PRÆSENTI; Quibus non, DE FUTU- RO dicuntur.

Arrha  
Sponsalitia

ARRHA SPONSALITIA est lignum pacti de futuris nu- ptis.

Sponsalitia  
Largitas.

Donationes inter Sponsum, & Sponsam, SPONSALITIÆ LARGITATIS nomine veniunt.

L. XXIII.  
T. 2. Con-  
jugium -  
Nuptiz  
Conjuges  
Maritus  
Uxor.

Societas inter Masculum, & Fœminam, procreandæ So- bolis gratia inita, CONJUGIUM, sc. MATRIMONIUM est. Con- jugium, juribus Civitatis gaudens, NUPTIÆ; Socij hujus So- cietatis, CONJUGES, & quidem Mas, MARIUS; Fœmina UXOR dicuntur.

Contuber-  
nium.

Societas inter Servum, & Ancillam, procreandæ Sob- olis gratia inita, CONTUBERNIUM dictum fuit.

Nuptiz  
Legitimz  
sc. Justz  
R. &  
Uxor Le-  
gitima.

NUPTIÆ Legibus conformes LEGITIMÆ, sc. JUSTÆ; præceptis juris Canonici respondentes RITE; Uxor, in Ma- trimonium ducta secundum Leges Civiles, LEGITIMA, sc. JUSTA vocantur.

NUPTIÆ conjugatorum, bona fide errantium, PUTATI- VÆ; quæ verò ita contrahuntur, ut de contractis non possit constare, CLANDESTINÆ, sc. AD THALAG dicuntur.

Continuum reciprocæ amicitia inter conjuges studium MUTUUM ADJUTORIUM dicitur.

Qui viribus sui similem procreandi destitutus est, IMPO- TENS dicitur. IMPOTENTIA igitur est defectus virium sui simi- lem procreandi; Qui impotentia temporali liberos procrean- di laboret, SPADO; qui ob absentiam partium externarum, ad procreationem necessariorum, EUNUCHUS dicitur.

MATRIMONIUM sub pacto, de dignitate, ac bonis mari- ti in uxorem ac liberos non transferendis, AD MORGANATI- CAM dicitur.

Masculus, ultra ætatem, liberis procreandis convenien- tem, cælebs, HAGENSTOLIUS; Jus, Principi competens, suc- cedendi in bona Hagenstoltzii, HAGENSTOLTZIATUS dicitur.

Liberi, ex legitimo Matrimonio nati, LEGITIMI; Extra illud geniti, ILLEGITIMI, sc. SPURII; Ex Concubina suscepti, NATURALES dicuntur.

Nexus personarum, communem originem agnoscentium, CONSANGUINITAS; Sin persona, a qua oriuntur connexi, Mascu- lis est, ADGNATIO, & personæ connexæ COGNATI; Conlan- guinei ejusdem nominis, GENTILES dicuntur.

Generatio quælibet GRADUS, & generationum numera- tio, GRADUUM COMPUTATIO audit, series graduum LINEA, & quidem Nexus generationum simplicium RECTA; Nexus du- plicum OBLIQUA, eaque, si tempore priores species, ASCEN- DENS,

Nuptiz  
Putativæ -  
Clandesti-  
næ, sc. Ad  
Thalag.

Mutuam  
Adjutori-  
um.

Impotens -  
Impoten-  
tia - Spado  
Eunuchus.

Matrimo-  
nium Ad  
Morganati-  
cam.

Hagenstol-  
tius -  
Hagensto-  
ltziatus.

Liberi -  
Legitimi -  
Illegitimi.

Consanguini-  
tas -  
Adgnatio -  
Cognati -  
Cognatio -  
Cognati -  
Gentiles.

Grada -  
Graduum  
Computa-  
tio - Linea  
R. & -  
Obliqua -

Ascendens  
Descendens  
Aequalis-  
Inequalis-  
Respectus  
Parentela

DENS, si posteriores tempore, DESCENDENS; Si numerus gra-  
duum a persona, quæ nexum facit æqualiter distet, ÆQUALIS;  
Sin minus, INÆQUALIS; Nexus, quo alter conjunctorum com-  
muni Parenti immediatè originem debet, RESPECTUS PAREN-  
TELÆ dicitur.

CCCCLXXVII.

Adfinitas-  
Adfines-  
Genera  
Adfinita-  
tum.

Nexus conjugis alterius cum alterius consanguineis, ADFI-  
NITAS; Personæ . hæc modo connexæ, ADFINES dicuntur. Quot  
nuptiæ concurrunt, tantum genus dicitur ADFINITATIS.

CCCCLXXVIII.

L. XXIII.  
T. 3. Dos.

Quicquid ab Uxore, vel ejus intuitu, in Maritum con-  
fertur, ad ferenda onera Matrimonii, DOS dicitur.

CCCCLXXIX.

Dos Profec-  
titia  
Adventiti-  
Receptitia

Dos, marito a Socero constituta, PROFECTITIA, ab alio  
ADVENTITIA; Cui si addita stipulatio sit, de ea post solum  
Matrimonium reddenda, RECEPTITIA vocatur.

CCCCLXXX.

Dos Con-  
stitutio.

Pactum legitimum de certa Dote, DOTIS CONSTITUTIO  
dicitur.

CCCCLXXXI.

Dos Data-  
Dicta  
Promissa.

Dos, quæ absque verborum solemnitatibus Marito ante  
nuptias assignabatur, vel tradebatur, DATA; Quæ solemn-  
ibus quidem verbis, sed sine stipulatione constituebatur, DICTA;  
Quæ verò stipulatione determinabatur PROMISSA dicebatur.

CCCCLXXXII.

Dos Nume-  
rata Cau-  
sa.

Dos, Marito tradita, NUMERATA; Quam Maritus tra-  
ditam apocha confessus est, CAUTA dicitur.

CCCCLXXXIII.

Dos Aesti-  
mata Non  
Aestimata.

Dos tradita, ad certum pretium relata, ÆSTIMATA, ad  
certum pretium non relata, NON ÆSTIMATA vocatur.

CCCCLXXXIV.

Donatio  
Propier  
Nuptias  
Dotaliti-  
um.

DONATIO, Sponsæ, vel Uxori, a Sponso, vel Marito,  
in securitatem Dotis facta; PROPIER NUPTIAS; Ususfructus  
verò bonorum Mariti, Viduæ in compensationem Dotis com-  
petens, DOTALITIUM audit.

CCCCLXXXV.

CCCCLXXXV.

Munus, Uxori a Marito, altero post nuptias die, in si-  
gnum consumati Matrimonii, oblatum, MORGENGABA dicebatur.

CCCCLXXXVI.

Omne, quod Doti accedit, AUGMENTUM DOTIS dicitur.

CCCCLXXXVII.

BONA Uxoribus, in quibus durante Matrimonio Marito  
ususfructus competit, PARAPHERNALIA; Quorum verò usum  
fructum ac proprietatem Uxor retinet, RECEPTITIA dicuntur.

CCCCLXXXVIII.

PACTA, quibus determinantur accidentalia dotis, dicun-  
tur DOTALIA. Ineuntur hæc pacta, vel actu inter vivos, &  
sic irrevocabiliter, vel in modum ultimæ voluntatis, atque  
sic revocabiliter; Priori casu SIMPLICIA; Posteriori verò MI-  
XTA vocantur.

CCCCLXXXVIII.

Res immobilis, in dotem data, FUNDUS DOTALIS di-  
citur.

CCCCXC.

Dissolutio Sponsaliorum REPUDIUM; Nuptiarum, DI-  
VORTIUM dicitur.

CCCCXCI.

Remissio obligationis mutuæ consuetudinis inter Conju-  
ges, SEPARATIO QUOAD THORUM, ET MENSAM vocatur.

CCCCXCII.

Voluntaria Conjugis absentia, animo, nunquam rever-  
tendi, conjuncta, MALITIOSA DESERTIO dicitur.

CCCCXCIII.

MATRIMONIUM solutum, sed restitutum, dicitur REDIN-  
TEGRATUM.

CCC XCIV.

Quidquid bonis nostris, in rem vertendo eadem, decedit,  
IMPENSARUM nomine venit. Impensæ, quæ ad rei conservatio-  
nem conducunt, NECESSARIÆ; Si gaudium possidentis augent,  
VOLUPTUARIÆ; Si perfectionem rei, UTILES dicuntur.

CCCCXCV.

Morgenga-  
ba.

Augmen-  
tum Dotis

Bona Pa-  
rapherna-  
lia - Re-  
ceptitia.

L. XXIII.  
T. 4. Pacta  
Dotalia -  
Simplicia-  
Mixta.

Fundus  
Dotalis.

L. XLIV.  
T. 1. Di-  
vortium -  
Repudium  
Separatio  
Quoad Tho-  
rum, &  
Mensam.

Malitiosa  
Desertio

Matrimo-  
nium Re-  
dintegrat-  
um.

L. XXV.  
T. 1. Imp-  
ensæ Ne-  
cessariæ -  
Voluptua-  
riæ -  
Utiles.



Impensæ -  
Deductæ

IMPENSÆ, quibus restituenda res minuitur, DEDUCTÆ dicuntur. TOLLI verò dicitur, quicquid loco movetur.

CCCCXCVI.

L. XXV.  
T. 2. Res  
Amoræ.  
Actio Re-  
rum Amo-  
rarum.

RES alienæ mobiles, a personis conjunctis animo lucrifaciendi ablatæ, vel celatæ, dicuntur AMOTÆ.

CCCCXCVII.

ACTIO personalis, qua repetimus res, a personis conjunctis nobis, animo lucrifaciendi ablatas, RERUM AMOTARUM dicitur.

CCCCXCVIII.

Agnoscere.  
Partum.

Qui PARTUM a se genitum fatetur, illum AGNOSCIT.

CCCCXCVIII.

Concubina  
Concubi-  
narius -  
Pellex.

Conjunctio Maris cælibis cum Fœmina vilioris conditionis ad commiscendum corpus, sine tamen honore, ac commodis matrimonii, CONCUBINATUS; Fœmina, hoc modo conjuncta, CONCUBINA; Fœmina soluta, cum Marito cohabitans, PELLEX dicitur.

D.

Meretrix.

Quæ unumquemque, mercede acceptâ, in complexum admittit, MERETRIX vocatur.

DI.

Pupillus.

Homo sui juris, impubes, dicitur PUPILLUS.

DII.

Tutor -  
Tutela.

Qui actiones pupilli in ejus commodum dirigit, TUTOR; Directio verò actionum pupilli, in ejus commodum, TUTELA dicitur.

DIII.

L. XXVI.  
T. 2. Tu-  
tela Testa-  
menta-  
ria -  
Legitima-  
Dativa -  
Pactitia.

TUTELA, quæ gerenda alicui testamento committitur, TESTAMENTARIA; Ad quam suscipiendam Lege obligamur, LEGITIMA; Quam superior Magistratus in specie imponit, DATIVA; quæ verò mutuo pacto constituitur, PACTITIA dicitur.

DIV.

DIV.

Qui fratris impuberis emancipati tutelam gerit, FIDUCIARIUS; Qui cum Tutore suo litigaturo dabatur, PRÆTORIANUS TUTOR dicitur fuit.

Tutor Fi-  
duciarius  
Prætorianus.

DV.

Tutoris nomen, non officium gerens, TUTOR HONORARIUS dicitur.

Tutor Ho-  
norarius.

DVI.

Tutela, quæ a legitimo Tutore alterius defertur, CESSITIA vocatur.

Tutela  
Cessitia.

DVII.

Decretum superioris, quo tutela cuidam committitur, TUTORIUM dicitur.

Tutorium.

DVIII.

CONFIRMATIO definita §. CI.

Confirma-  
tio.

DIX.

PETERE TUTOREM est Superiorem rogare, de concedendo impuberi sui juris aliquem, qui ejus actiones dirigat.

Petere  
Tutorem.

DX.

ADMINISTRATIONEM definit supra §. CLXXXIII.

Admini-  
stratio.

DXI.

Approbatio ejus, quod cum Pupillo geritur, a Tutore Actui præsentate facta, AUCTORITAS TUTORIS dicitur.

Auctoritas  
Tutoris.

DXII.

Judicium ex signo probabili, actionem malam fuisse perpetratam, SUSPICIO; Qui verò ejusmodi Signa edit, SUSPECTUM SE REDDERE dicitur.

L. XXVI.  
T. 10.  
Suspicio.  
Suspectum  
se reddere

DXIII.

Allegatio causæ, ob quam quis tutelam suscipere non possit EXCUSATIO; Causa ea aut volentem repellit, aut nolentem liberat a tutela; Priori casu dicitur NECESSARIA, posteriori VOLUNTARIA.

L. XXVII.  
T. 1.  
Excusatio  
Volunta-  
ria - Ne-  
cessaria.

DXIV.

DXIV.

Conatus, alterius statum imperfectiorem faciendi, INIMICITIAE; Et quidem conatus, aliquem per accusationem criminis publici reum faciendi, INIMICITIAE CAPITALIA dicuntur.

DXV.

Tabulae, creditum exhibentes, RATIONES; Qui eas inspiciendas proponit, eas EDERE; Qui computum prober, atque cum debito confert, eas REDDERE dicitur.

DXVI.

ACTIO personalis, de implenda obligatione inter Pupillum, & Tutorem, TUTELAE; Et quidem DIRECTA, qua Pupillus rationes reddendas a Tutore postulat, CONTRARIA, qua Tutor a Pupillo indemnem se servari desiderat; qua vero Pupillus a Tutore doloso duplum damni dari exigit, DE RATIONIBUS DISTRAHENDIS dicitur.

DXVII.

Qui tutelam dolo suscipit, FALSUS TUTOR; Qui ex errore eandem administrat, vel sponte se huic ingerit, PROTUTOR vocatur.

DXVIII.

Qui alium sui loco Tutorem suadet, NOMINATOR; Qui tutelae sufficientem aliquem asserit, ADFIRMATOR dicitur.

DXIX.

Jus administrandi bona eorum, qui ob defectum naturalem, vel absentiam, eadem dispensare nequeunt, CURATIO, al. CURATELA; Administrans, CURATOR dicitur.

DXX.

ACTIO, qua obligationis inter Curatorem, atque curandum implementum petitur, dicitur TUTELAE UTILIS.

DXXI.

Jus in Re in omnia, quae ad defunctum aliquem, tempore mortis pertinuerunt, aut quibus aliis obligatus fuit idem, HAEREDITAS, sc. JUS HAEREDITARIUM; Cui hoc Jus competit, HAERES; Complexus rerum, & jurium, quae a nobis post mortem in alterum transferri possunt, HAEREDITAS sc. RES HAEREDITARIA dicitur.

Inimicitiae  
Capitales.

LXXVII.  
T. 3. 4.  
Rationes  
Edere -  
Reddere.

Actio Tutelae  
Da  
Rationibus  
Distrahendis.

LXXVII.  
T. 5. 6.  
Falsus Tutor  
Protutor

LXXVII.  
T. 7. No-  
minator -  
Adfirmator.

LXXVII.  
T. 10. Cu-  
rator -  
Curator -  
Actio Tutelae Utilis

LXXVIII.  
T. 1. Hz  
Hereditas  
Haeres.

DXXII.

Jus illud (§. Praec.) vel testamento, vel, eo non existente, Lege, vel denique pacto transfertur. Isto casu HAEREDITAS TESTAMENTARIA, illo AB INTESIATO, PACTITIA vocatur.

Haereditas  
Testamentaria - Ab  
Intestato -  
Pactitia.

DXXIII.

Cujus haereditas ex Testamento non defertur, INTESTATUS dicitur.

Intestatus.

DXXIV.

Designatio eorum, ad quos omnia jura, ac omnes obligationes nostrae, post mortem pertinere debeant, quaeque ab eis fieri volumus, TESTAMENTUM; Designans, TESTATOR dicitur.

Testamentum  
Testator.

DXXV.

TESTAMENTUM personae jurisdictione gaudenti traditum si fuerit, PUBLICUM, sin minus, PRIVATUM dicitur.

Testamentum  
Publicum - Pri-  
vatum.

DXXVI.

ACTIO externa, i. e. Talis, quae in sensus cadit, quae ita ad rem aliquam requiritur, ut salva ea abesse nequeat, SOLEMNITAS; TESTAMENTUM, observatis ex antiquitate receptis solemnitatibus conditum, SOLEMNE, iis non observatis, MINUS SOLEMNE vocatur.

Solemnitas - Te-  
stamentum  
Solemne -  
Minus  
Solemne.

DXXVII.

Designatio eorum, quae post mortem fieri volumus, aut characteribus, aut voce articulata fit; Priori casu TESTAMENTUM dicitur SCRIPTUM, posteriori NUNCUPATIVUM.

Testamentum  
Scriptum  
Nuncupativum.

DXXVIII.

TESTAMENTUM, testatoris manu conscriptum, HOLOGRAPHUM, in tergo vero chartae, scriptura impletae, scriptum, OPISTHOGRAPHUM; Extraneus, Testamentum scribens, SCRIPTOR TESTAMENTARIUS dicitur.

Testamentum  
Holographum -  
Opisthographum -  
Scriptor  
Testamentarius

DXXIX.

TESTAMENTUM, per venditionem haereditatis, mancipatione interveniente, conditum, olim PER AES, & LIBRAM; Conditum vero ab ituro in praedium, IN PROCINTU FACTUM dicebatur.

Testamentum  
per aes,  
& Libram  
In Procintu  
Factum.

DXXX.

**Testamentum** aut a Milite conditur, aut ab eo, qui Miles non est. Priori casu MILITARE, posteriori, PAGANUM dicitur.

DXXXI.

Designatio ejus, ad quem nostrum jus, omnisque obligatio post mortem pertinere debeat, HÆREDIS INSTITUTIO dicitur.

DXXXII.

Pars hæreditatis, nonnullis personis sanguine junctis ex Legis dispositione assignanda, LEGITIMA dicitur.

DXXXIII.

Privatio legitimæ expressis verbis facta, EXHÆREDATIO; Privatio ejusdem tacita, PRÆTERITIO dicitur.

DXXXIV.

Privatio legitimæ, ob damnum hæredi legitimo imminens, EXHÆREDATIO BONA MENTE FACTA dicitur.

DXXXV.

TESTAMENTUM, in quo quis Legitimam præter omne jus privatus, INOFFICIOSUM dicitur.

DXXXVI.

Qui condito Testamento in potestatem Testatoris venit, POSTUMUS; Nepos, post conditum Testamentum ab Avo, ex Filiosfamilias natus, AQUILIANUS; Nepos, post conditum Testamentum ab Avo, in hujus potestatem, ob mortem Filii, recidens, VELLEJANUS; Nepos post Testamentum Avi, Filio in potestate sui Patris existente, mox verò decedente natus, JULIANUS; Filius ante captivitatem Patris conceptus, captivo verò eodem in lucem editus, CORNELIANUS postumus dicebatur.

DXXXVII.

TESTAMENTUM, in quo necessarium requisitum deficit, NULLUM; Quod validum est, ex postfacto verò corrumpitur, INFIRMATUM vocatur.

DXXXVIII.

DXXXVIII.

Actio personalis, qua hæres legitimus Testamentum, ut non jure conditum, tolli petit, QUERELA NULLITATIS dicitur.

DXXXII.

TESTAMENTUM, ob postumi existentiam, aut mutatam Testatoris voluntatem, corrumpens, RUPTUM; Ob mutatam Testatoris statum invalidum, IRRITUM; Per querelam inofficiosi sublatum, RESCISSUM; ex quo hæres non existit, DESTITUTUM vocatur.

DXL.

TESTAMENTUM scriptum, lineis decussatim obductum, CANCELLATUM; In quo verba præcipuum pondus habentia ita obducta sunt, ut Legi non possint, DELETUM; Si vero ita, ut legi quidem quodammodo, sed non distinctè percipi possint, INDUCTUM dicitur.

DXLI.

HÆREDIS INSTITUTIO eum in finem facta, ut institutus Testatorem pariter hæredem scribat, CAPTATORIA dicitur.

CXLII.

Omnis quantitas, ut totum considerata dicitur AS; quælibet unitas, ex qua cum aliis homogeneis, quantum aggregatum est, UNCIA; duplex uncia, SEXTANS; triplex, QUADRANS; Quadsuplex, TRIENS; Quintuplex, QUINCUNX; Sextuplex, scilicet Dimidium quantitatis, SEMISSIS; Septuplex, SEPTUNX; Octuplex, BES; Novem uncia, DODRANS; Decem, DEXTANS; Undecim, DEUNX, dicuntur.

DXLIII.

Designatio hæredis ulterioris, in casum, si Instituto hæredi hæreditas nostra non deferatur, SUBSTITUTIO; Vocatus hac conditione ad hæreditatem, SUBSTITUTUS; Hæres institutus aut in patria potestate testatoris existit, aut non; Illo casu SUBSTITUTIO dicitur PUPILARIS; posteriori verò VULGARIS.

DXLIV.

DXLIV.

Substitutio  
Exemplaris  
Militaris  
Mutua.

Substitutio, qua ulterior hæres, liberis furiosis successurus designatur, *EXEMPLARIS*; A Milite facta, *MILITARIS*; qua cohæredes invicem substituuntur, *MUTUA* dicitur.

DXLV.

L. XXVIII.  
T. 7. Conditio  
Possibilis  
Impossibilis.

Omne incertum, cujus existentia rationem validitatis actus cujusdam continet dicitur *CONDITIO*; Quod si existentia incerti istius, contradictionem non involvit, *POSSIBILIS*; Sin involvit contradictionem, *IMPOSSIBILIS* dicitur.

DXLVI.

Conditio  
Potestativa  
Casualis  
Mixta.

Si ad id, ut incertum illud existat, vires nostræ sufficiunt, *CONDITIO POTESTATIVA*; Si id ipsum a fato dependet, *CASUALIS*; Si a viribus nostris, & facto simul, *MIXTA* dicitur.

DXLVII.

Conditio  
Perplexa  
Difficilis  
Præposita.

Excumulatione principiorum incertorum se in invicem tollentim, oritur *CONDITIO PERPLEXA*, ex principio verò, ad quod existentia reddendum, alterius, non autem ejus, cui adscripta, vires sufficiunt, *DIFFICILIS*; ex tali verò, quod contradictionem ratione temporis involvit, *PRÆPOSTERA*.

DXLVIII.

Conditio  
Suspensiva  
Resolutiva.

Quod si incertum illud rationem in se continet, cur negotium illo existente perficiatur, *CONDITIO SUSPENSIVA*; Si verò negotium, jam perfectum, irritum fit, *PRESOLUTIVA CONDITIO* dicitur.

DXLVIII.

Hæreditatis  
Aditio  
Hæreditas  
Jacens.

Declaratio nos velle acquirere jus, & obligationes aliqujus defuncti, nobis delata, *HÆREDITATIS ADITIO*; *HÆREDITAS* nondum adita, *JACENS* dicitur.

DL.

Cretio  
Vulgaris  
Continua.

Solemnitas, in aditione hæreditatis observanda, *CRETIO*; Cretionum formulæ si verba, *QUIBUS SCIERIS POTERISVE*, adjicerentur, *VULGARIS*; Sin non, *CONTINUA* dicebatur olim.

DLI.

Jus deliberandi.

Facultas hæredibus competens perquisita hæreditate, consensum, de hæreditate adeunda, declarandi, *JUS DELIBERANDI* dicitur.

DLII.

DLII.

*SUUS HÆRES* dicitur, qui mortis tempore in potestate defuncti, & tempore adeundæ hæreditatis in familia proximus; Cæteri *EXTRANEI* vocantur.

Hæres  
Sui Ex-  
tranei.

DLIII.

Cui, ut hæreditatem non acquirat, impossibile est, *HÆRES NECESSARIUS*; Cui verò eandem acquirere, vel non acquirere liberum est, *VOLUNTARIUS* dicitur.

Hæres  
Necessarius.  
Voluntarius.

DLIV.

*DEFERRI HÆREDITAS* dicitur si jus acquirendi eam aliqui conceditur; Qui hæreditatem sibi delatam tuam facit, eam *ACQUIRIT*, qui non, eam *OMITTIT*.

Referr  
Hæredita  
Acquirere  
Omittere  
Hæredita-  
tem.

DLV.

*HÆRES SUUS*, facto externo consensum de adeunda hæreditate declarans, ei se *IMMISCERE*; Dissensum declarans; eam *REPUDIARE* dicitur.

Immiscere  
Abstiner  
Adire  
Repudiare

DLVI.

*PRO HÆREDE GERERE SE* dicitur, qui, quum hæres non est, factum, hæredi proprium, bona fide exercet.

Pro Hære-  
de Se Ge-  
rere.

DLVII.

Dispositio de iis, quæ fieri volumus post mortem præter hæredis institutionem, *CODICILLUS* dicitur.

Codicillus

DLVIII.

*CODICILLUS*, characteribus declaratus, *SCRIPTUS*, sono articulado prolatus, *NUNCUPATIVUS* dicitur.

Codicillus  
Scriptus  
Nuncupa-  
tivus.

DLIX.

*CODICILLUS*, aut Testamentum præcedens supponit, aut non; Illo casu *TESTATUS*, hoc *INTESTATUS* dicitur.

Codicillus  
Testatus  
Intestatus.

DLX.

*CLAUSULA CODICILLARIS* dicitur propositio, quæ Testamento additur, quaque alternativam, aut Testamenti, aut codicilli naturam idem nanciscitur.

Clausula  
Codicilla-  
ris.

DLXI.

Quicquid aliis, ex bonis defuncti, præstandum hæredi injungitur, *LEGATUM* dicitur.

Legatum.

DLXII.

DLXII.

Legatum  
Vindicatio-  
nis Sinen-  
di modo  
Præceptio-  
nis.

Si Testator Legatario olim facultatem concederet, Legatum aditâ hæreditate sibi statim capiendi, LEGATUM VINDICATIONIS; Si hæredem condemnaret ad solvendum Legatum, DAMNATIONIS; Si condemnaret hæredem, Legatarioque simul permetteret capere, SINENDI MODO; Si Cohæredi aliquid legaret, id Legatum PRÆCEPTIONIS dicebatur.

## DLXIII.

Fideicom-  
missum  
Univarsale  
Particulare  
Hæres Fi-  
ducarius  
Fideicom-  
missarius.

Quidquid ex acquisitis per aditionem bonis alii præstandum injungitur; FIDEICOMMISSUM; Si omne jus hæreditarium, UNIVERSALE, si minus, PARTICULARE; Cui id præstandum committitur, FIDUCIARIUS; in quem verò confertur, FIDEICOMMISSARIUS HÆRES audit.

## DLXIV.

Fideicom-  
missum  
Familiz  
Agnaticum  
Cognati-  
cum.

FIDEICOMMISSUM, quod de proximo in familia mortuo in proximum viventem continuo defertur, FAMILIÆ; Si ab Agnato in Agnatum, AGNATICUM; Si verò tam Agnatis, quam Cognatis defertur, COGNATICUM dicitur.

## DLXV.

Conjuncti  
Re Ver-  
bis - Mi-  
xium.

CONJUNCTI dicuntur, quibus eadem res legata est. Hoc si factum diversis propositionibus, RE; Si eadem propositione, discretis tamen partibus, VERBIS; Si una eademque propositione, non determinatis partibus, MIXTUM conjuncti dicuntur.

## DLXVI.

Ju A cre-  
scendi.

JUS conjunctis competens, asserendi sibi partem alterius conjuncti deficientis, ACCRESCENDI audit.

## DLXVII.

Legatum  
Annuum  
Menstruum

Legatum, quod in initio singulorum Annorum debetur, ANNUUM; Quod verò in initio singulorum mensium, MENSTRUUM dicitur.

## DLXVIII.

Species -  
Genus -  
Genus  
Summum.

Ens omnimode determinatum, SPECIEM; Similitudinem specierum, GENUS; Similitudinem generum, GENUS SUMMUM Icti dicunt.

## DLXIX.

OPTIO est electio; Et LEGATUM OPTIONIS, quum legatario conceditur facultas è pluribus speciebus eligendi, quicquid velit.

## DLXX.

Res corporalis, quâ utimur ad finem aliquem obtinendum, INSTRUMENTUM; RES verò omnibus, ad perfectionem sui pertinentibus, gaudens, INSTRUMENTA dicitur.

## DLXXI.

Quicquid victui destinatum est, PENUS nomine venit.

## DLXXII.

Omnis res mobilis, usui familiæ, præter victum, & amictum, inserviens; SUPPELEX dicitur.

## DLXXIII.

Omnia ea, quæ ad vitæ, corporisque sustentationem requiruntur, ALIMENTORUM; Quæ ad vitæ solum, VICTUS; quæ ad corporis nutritionem, CIBARIORUM; Series verò actum, quibus eorum, quorum vires propter ætatem ad id non sufficiunt, externus, internusque status ita pericitur, ut condigna civitatis evadant membra, EDUCATIONIS nomine venit.

## DLXXIV.

Quæcumque ad munditiem, fistamque pulchritudinem corporis fœminini faciunt, MUNDI MULIEBRIS; Quæcumque ad ostentationem corpori applicantur, ORNAMENTORUM nomine vulgantur.

## DLXXV.

DUBIUM dicitur, ad quod nec affirmandum, nec negandum sufficiens adest ratio.

## DLXXVI.

Revocatio legati, a Testatore facta, ADEMTIO; Collatio adempti in alium, TRANSLATIO LEGATI dicitur.

## DLXXXVII.

**INCAPAX** - **INDIGNUS** - Cui defectus, aut naturalis, aut civilis obstat, quo minus legatum suum facere possit, **INCAPAX**; Qui verò ob crimen legatum non capit, **INDIGNUS** dicitur.

DLXXVIII.

**LEGATUM** sub conditione, si contra voluntatem defuncti fuerit, ab hærede, vel legatario tertio præstandum, **POENÆ** dicimus.

DLXXIX.

**DEMONSTRATIO** - **INDIVIDUUM** - Determinationem omnimodam sermonis circa **INDIVIDUUM** aliquod, **DEMONSTRATIONEM** **ICTI** dicunt.

DLXXX.

**MODUS** - **MODUS** - Causa finalis, quæ respicitur a Testatore, dum legat, **MODUS** dicitur.

DLXXXI.

**CAUSA** - **CAUSA** - Ratio sufficiens, impluriva, ad hoc, ut Testator leget cuidam potius, quam alii, **CAUSA** dicitur.

DLXXXII.

**QUARTA FALCIDIA** - **QUARTA FALCIDIA** quarta pars bonorum hæreditariorum, quæ hæredi legatis gravato integra manere debet, dicitur.

DLXXXIII.

**QUARTA TREBELLIANICA** - **QUARTA TREBELLIANICA** dicitur quarta pars bonorum fideicommissariorum, quæ hæredi huciarario integra manere debet.

DLXXXIV.

**TRANSMITTERE** - **TRANSMITTERE** est efficere, ut jus nostrum transeat ad hæredes,

DLXXXV.

**DIES CEDERE** - **DIES CEDERE** dicitur, quando obligatio nascitur, **VENIRE DIEM** dicimus, quando obligatio solvenda.

DLXXXVI.

**BONORUM POSSESSIO** - **BONORUM POSSESSIO** - Hæreditas, personis jure civili inhabilibus a Præatore delata, **BONORUM POSSESSIO** dicitur.

DLXXXVII.

**B. P. ORDINARIA** dicitur quæ a Præatore; **EXTRAORDINARIA**, quæ LL. Scitisque introducta est.

DLXXXVIII.

**B. P.**, quæ datur ex Edicto Prætoris, nulla accedente causæ cognitione, **EDICTALIS**; Quæ prævia cognitione ex decreto datur, **DECRETALIS** dicitur.

DLXXXIX.

**B. P.**, quæ conceditur, positis fundaminis loco verbis Testamenti, **SECUNDUM TABULAS**; Quæ verò Testamentum invertit, **CONTRA TABULAS** dicitur.

DXC.

**B. P.**, quæ conceditur cum pleno jure fruendi bonis hæreditariis, **CUM RE**; Quæ verò datur salvo jure alterius, **SINE RE** dicitur.

DXCI.

**COLLATIO** est professio eorum, quæ ex re parentis absque animo donandi in se redundarunt, cum effectù æqualitatis servandæ a liberis invicem facta. Quod si professioni jungatur actualis oblatio, **REALIS**; Si satisfactio de eis offerendis, **CAUTIONALIS** dicitur.

DXCII.

Qui servum ex justa servitute manumisit, **PATRONUS**; Jus verò, patrono in personam, & bona manumissi competentis, **PATRONATUS** audit.

DXCIII.

Studium præscriptis alterius convenienter agendi, **OBSEQUIUM** dicitur.

DXCIII.

**OPERÆ OFFICIALES** dicuntur, quæ immediatè in utilitatem personæ redundant; **ARTIFICIALES**, quæ cuidam secundum modum artificii, quod tenet quis, exhibentur.

DXCV.

**ADSIGNARE LIBERTUM** dicitur pater, quando in Testamento declarat, quis è liberis vel hæredibus suis, servi, manumissi Testamento, patronus debeat esse.

DXCI.

Bonorum  
Possessio  
Ordinaria  
Extraordi-  
naria.  
Edictalis  
DecretalisSecundum  
Tabulas -  
Contra  
TabulasB.P. Cum  
Et sine ReCollatio -  
Realis.  
Cautio-  
lis.Patronus -  
Jus Pa-  
tronatus.

Obsequium

Operæ Of-  
ficiales -  
Artificia-  
les.Adsignare  
Libertum.

Edictum  
Successori-  
um

EDICTUM Prætoris, definiens ordinem veniendi ad bo-  
norum possessionem, SUCCESSORIUM dicitur.

Libet  
XXXVIII.

T. 15.  
Pacta Suc-  
cessoria

Acquisiti-  
va Renu-  
ciativa -  
Conser-  
vativa -  
Dil-  
positiva

Successio  
Ab Intesta-  
to In Stir-  
pes - In  
Capita

Jus Repre-  
sentationis

Jus Repre-  
sentationis

PACTA de futura hæreditate, SUCCESSORIA; si de ea acqui-  
renda, ACQUISITIVA; Si de ea repudianda agitur, RENUNCIA-  
TIVA dicuntur; Si de impedimento acquisitioni obstante re-  
movendo, CONSERVATIVA; Si de tertii hæreditate disponunt,  
DISPOSITIVA vocantur.

SUCCESSIO est transitio in jus omne, omnemque obliga-  
tionem anterioris cujusdam; Transitio in omne jus, omnem-  
que obligationem defuncti intestati, SUCCESSIO AB INTES TA-  
TO; Plures ita succedentes ut ratio habeatur communis pa-  
rentis, IN STIRPES; Sin ratio singulorum individuum, IN  
CAPITA succedere dicuntur. Fictio, qua succedentes ante-  
riorum, sed mortuorum loco collocantur, JUS REPRESENTA-  
TIONIS est.

LXXXIX.

T. 1. Novum  
Opus No-  
vi Operis  
Nunciatio.

Novi Ope-  
ris Nun-  
ciatio Pu-  
blica Pri-  
vata,

Novi Ope-  
ris Nun-  
ciatio Pu-  
blica Pri-  
vata,

NOVUM OPUS dicitur, quicquid in præjudicium alterius  
mutata forma ædificatur, vel ducitur; Prohibitio continua-  
tionis ejusmodi operis, NOVI OPERIS NUNCIATIO dicitur.

Prohibitio ejusmodi, quæ a Magistratù fit, PUBLICA;  
Quæ a vicino ipso, PRIVATA dicitur NOVI OPERIS NUNCIA-  
TIO.

LXXXIX.

T. 2.  
Dammum  
Infectum

Dammum  
Infectum

DAMNUM INFECTUM dicitur id, quod futurum metui-  
tur

LXXXIX

T. 3. Actio  
Aque Plu-  
viæ Ar-  
tuosa.

Actio  
Aque Plu-  
viæ Ar-  
tuosa.

ACTIO AQUÆ PLUVIÆ ARGENDÆ est in rem scripta, da-  
ta Domino fundi, cui aqua pluvia, propter opus factum in  
prædio rustico, nocuit, adversus possessorem fundi vicino,  
in quo opus factum, ad destructionem ejusdem.

VECTIGAL dicitur, quicquid pro in & evehendis merci-  
bus solvitur.

Conductores vectigalium, aliorumque reddituum publi-  
corum, PUBLICANI dicuntur.

COMISSUM dicitur, quicquid ob delictum alicujus de-  
sinit esse.

Translatio rei nostræ gratuita in alterum, DONUM; Trans-  
ferens, DONANS, accipiens, DONATARIUS; MINUS verò dici-  
tur Donatio ob causam consuetudine receptam; Donum de-  
nique in compensationem bene meritorum PRÆMIUM voca-  
tur.

Donum a Principe militibus datum, DONATIVUM; Po-  
pulo, CONGIARIUM dicitur.

DONATIO ob causam finalem dicitur MODALIS.

DONATIO ab eo, qui in periculo mortis constitutus, sub  
conditione mortis sequutæ facta MORTIS CAUSA dicitur.

MORTIS CAUSA CAPIO est acquisitio rei cujusdam prop-  
ter Mortem alicujus, absque ullo hæreditatis titulo.

Qui servum ex justa servitute dimittit, MANUMITTE-  
RE eum; Et Actus, quo servi ex servitute dimittuntur, MA-  
NUMISSIO dicitur.

FIDEICOMMISSARIA LIBERTAS dicitur, quæ per Fidei-  
commissum datur.

LXXXIX.  
T. 4. Vec-  
tigal.

Publica-  
nus.

Commis-  
sum.

LXXXIX.  
T. 5. Do-  
num - Do-  
narius -  
Munus -  
Præmium.

Donati-  
vum - Con-  
giarium.

Donatio -  
Modalis.

Donatio  
Mortis  
Causa.

Mortis  
Causa Ca-  
pio.

Lib XI.  
Manumif-  
sio.

Fideicom-  
missaria  
Libertas.

DCXIII.

*Libertinus.* LIBERTINI dicuntur, qui ex justa servitute manumissi sunt.

DCXIV.

*Statuliber.* Servus, cui libertas sub conditione Testamento data STATULIBER vocatur.

DCXV.

*Restitutio Natalium.* RESTITUTIO NATALIUM est actus, quo liberti pro ingenuis declarantur.

DCXVI.

*Liberalis causa.* LIBERALIS CAUSA dicitur, quæ continet quæstionem libertatis.

DCXVII.

*Collusio.* COLLUSIO est dissimulatio duorum, ejus quod in tertij præjudicium tendit.

DCXVIII.

*Dominium Dominus.* Jus re externa, exclusis alijs, utendi simul ac fruendi, deque ea in commodum nostrum disponendi, DOMINIUM, & cui tale jus competit, DOMINUS dicitur.

DCXVIII.

*Dominium Minus Plenum - plenum.* Si effectus Domini inter plures divisi sunt, MINUS PLENUM, si non, PLENUM DOMINIUM dicitur.

DCXX.

*Dominium Directum - Utile.* Jus de rei substantia disponendi, separatum a jure utendi fruendi ea, DOMINIUM DIRECTUM; Jus disponendi de solo fructu rei, UTILE DOMINIUM dicitur.

DCXXI.

*Dominium Bonitarium - Quiritarium.* Dominium, modo jure naturæ præscripto acquirendum, BONITARIUM; Modo verò, civibus Romanis jure civili præscripto, acquirendum, QUIRITARIUM vocatur.

DCXXII.

*Dominium Revocabile.* Jus utendi fruendique re suâ exclusis alijs, tempore circumscriptum, DOMINIUM REVOCABILE dicitur.

DCXXIII.

DOMINIUM minus plenum, cujus effectus civiles in aliterum translati sunt, dicitur NATURALE.

DCXXIV.

Complexus rerum, titulo Domini ad hominem sui juris spectantium, PATRIMONIUM; Omne verò, quo jure instructi sumus, & quibus perfectio nostra promovetur, totum SUUM; Complexus eorum, quæ ad totum pertinent, BONANA, & suum IN BONIS ESSE dicitur.

DCXXV.

Res, in quibus, vel ad quas nobis jus competit, PECUNIAE nomine veniunt.

DCXXVI.

Actus, quo rem aliquam nostram facimus, ACQUISITIO; Causa proxima, jus tribuens, MODUS ACQUIRENDI; Et quidem, si id, quod mihi tribuitur, nullius est, ORIGINARIUS; Sin alicujus, DERIVATIVUS; Causa verò remota, TITULUS, & si Legibus approbatus, JUSTUS dicitur.

DCXXVII.

TITULUS, qui me simul ad aliquid præstandum obligat, ONEROSUS, qui non, LUCRATIVUS dicitur.

DCXXVIII.

Translatio ejus, quod nostrum est, in alium, ALIENATIO dicitur.

DCXXIX.

Juris nostri circa rem plenaria abdicatio, DERELICTIO audit.

DCXXX.

Factum, ex quo concipimus, quomodo res nullius, Domini capax, propria fiat, OCCUPATIO; Et si res occupata hosti olim competiit, BELLICA OCCUPATIO vocatur.



Feræ -  
Mansuetata  
Animalia  
Mansue-  
facta.

Animalia bruta, quæ non nisi vi in potestatem nostram rediguntur, ac in ea retinentur, FERÆ; Illa verò, quæ licet vi in potestatem nostram redacta, contueverunt tamen a nobis Regi, MANSUEFACT; Quem verò in Patrimonio nostro nata, spontè se in illo servant, MANSUETA dicuntur.

DCXXXII.

Venatio -  
Aucupium - Pesca-  
tio.

Occupatio ferarum quadrupredum, VENATIO; Volucrum AUCUPIUM; Piscium, PISCATIO dicitur.

DCXXXIII.

Inventio

Actus, quo rem, pro nullius habitam, animo eam retinendi, nobis attribuimus, INVENTIO dicitur.

DCXXXIII.

Thesauris.

Res, cujus Dominus omnium memoriam effugit, insolito loco recondita, THESAURUS dicitur.

DCXXXV.

Conne-  
xum Prin-  
cipale -  
Accesso-  
rium - Ac-  
cessio.

Quicquid rationem alterius in se continet, id cum eo, cujus rationem continet, CONNEXUM, quicquid rationem reliquorum cum se connexorum continet, PRINCIPALE, quicquid cum principali connexorum est, nec tamen in ejus essentia rationem habet, ACCESSORIUM; factum, quo res cum principali aliquo connectitur, ACCESSIO dicitur.

DCXXXVI.

Accessio  
Naturalis  
Industrialis.

Si cum principali accessorium ita connectitur ut nullum hominis ad id accedat factum, ACCESSIO NATURALIS; Si factum hominis accedente connectuntur, INDUSTRIALIS vocantur.

DCXXXVII.

Alluvio -  
Coalitio.

Incrementum, terræ nostræ fluminis ope adjectum, ALLUVIO; Quod si insignis portio adjiciatur, cumque nostra terra eadem jungatur, COALITIO dicitur.

DCXXXVIII.

Alueus -  
Derelictus.

ALUEUS, qui cursum mutavit, DERELICTUS dicitur.

Factum, quo res mobiles solidæ homogeneæ connectuntur, ADJUNCTIO dicitur.

DCXL.

Solidorum diversarum specierum inseparabilis connectio, COMMIXTIO; Fluidorum, CONFUSIO dicitur.

DCXLI.

Factum, quo res ita mutatur, ut sub alio genere jam contineatur, SPECIFICATIO dicitur.

DCXLII.

Factum, quo res è nostra in alterius possessionem transit, TRADITIO; Quod si sola declaratione fit, BREVI MANU; Si adhibito symbolo, SYMBOLICA; Si demonstratione rei tradendæ è longinquo effectus translatae possessionis se exerit, LONGA MANU dicitur.

DCXLIII.

Actus, quo, renunciatione dominij a dominio facta, vindicatione alterius, & additione Magistratus rei dominij transferebatur, IN JURE CESSIO; EMTIO bello captorum, SUB CORONA; Rerum verò proclamatè venundatarum ADJECTIO; Translatio dominij, Judicis sententia facta, ADJUDICATIO audit.

DCXLIII.

Quæ animo derelinquendi in vulgus sparguntur, MISSILIA dicuntur.

DCXLV.

Custodia rei, absque animo eam retinendi, DETENTIO; Quod si cum animo eam retinendi conjuncta, POSSESSIO; Exercitium juris, animo id sibi tribuendi, QUASIPOSSESSIO vocatur.

DCXLVI.

POSSESSIO sub opinione Dominij, BONÆ FIDEI; Scientis rem, quam possidet, ad se non pertinere, MALÆ FIDEI; Titulo legibus approbato nitens, JUSTA; dolo acquirita, INJUSTA dicitur.

DCXLVII.

Turbatio - Spolium - Dejectio - Amittere - Amissio - Possessionis

Offensio quoad possessionem, TURBATIO; Injusta privatio possessionis, SPOLIUM, & quidem rei immobilis, DEJECTIO est. AMITTERE verò quid dicimur, si omni, ejus consequendæ iterum, spe privamur; hinc AMISSIO POSSESSIONIS dicitur privatio possessionis & spei, ejus iterum consequendæ.

DCXLVIII

Constitutum Possessorium

Possessio rei suæ alieno nomine, CONSTITUTUM POSSESSORIUM vocatur.

DCXLVIII.

ILXIT; Usucapio - Prescriptio

Acquisitio rei, per diurnam ac continuam possessionem, VSUCAPIO; Exceptio verò, qua Dominus prior rei, per diurnam ac continuam possessionem ab alio acquiritæ, tam vindicaturus, repellitur, PRÆSCRIPTIO dicitur.

DCL.

Prescriptio Longi - Et Longissimi - Temporis - Immemorialis.

LONGI TEMPORIS PRÆSCRIPTIO dicitur exceptio possessionis decennalis inter præsentes, vicennalis inter absentes; LONGISSIMI TEMPORIS verò triginta vel plurium annorum, IMMEMORIALIS, si possessio hominis memoriam excedit.

DCLI.

Usurpatio.

Usucapionis interruptio USURPATIO dicitur.

DCLII.

Non usus.

NON USUS est cessatio actuum, quibus commoda rei percipi possunt.

DCLIII.

ILXIT; Pro Solutio pro Emptore pro Hærede de pro Legato pro Donato pro Derelicto pro Dote pro suo pro Possessore Possidere.

Indebitum accipiens, PRO SOLUTO; emens sub conditione, PRO EMPTORE; Qui putat rem ad hæreditatem pertinere, PRO HÆREDE; Qui putat rem aliquam tibi legatam esse, PRO LEGATO; Cui a non Domino res donata, PRO DONATO; Qui rem, a non Domino derelictam, occupavit, PRO DERELICTO; Cui res aliena inestimata in dotem data, PRO DOTE; Qui titulo destituitur, PRO SUO; Qui titulum nescit, PRO POSSESSORE possidet.

DCLIII.

Determinatio justi in casu aliquo præsentis, a iudice cogni-

gnitione causa facta, SENTENTIA; Quæ totum casum concernat ejusdem eidem applicet, DEFINITIVA; sin articulum incidentem, INTERLOQUIORIA; Articulus iste incidens si ita comparatus, ut ex ejus decisione decisio casus principalis dependeat, MIXTA; Sin minus MERA; Qui collato facto cum jure determinat, quid justum sit, REFERENS, qui huic in conferendo auxilio, est CORREFERENS dicitur.

DCLV.

Ex tacita litigantium approbatione sententiæ, RES JUDICATA oritur.

DCLVI.

Res similiter in iudicio judicatæ, PRÆJUDICIA dicuntur.

DCLVII.

Si Judex determinat, jus ab actore propositum eidem competere, CONDEMNATORIA; Si non, ABSOLUTORIA; Si Judex alterius instantiæ, priorem, aut seipsum Leges facto convenienter applicasse, pronunciat, CONFIRMATORIA; Sin minus, REFORMATORIA; Si Judex obscurius pronunciata interpretatur, DECLARATORIA sententia dicitur.

DCLVIII

Si Judex determinat, reum mandato ejus obedientem esse debere, SENTENTIA PARITORIA; Quæ si paritio reo simpliciter injungitur, PARITORIA SIMPLEX, sc. MINUS PLENA; Si verò idem fiat rejectis ejusdem exceptionibus, PARITORIA PLENA dicitur.

DCLVIII.

Actus, quo consecutaria legum, cum factis civium connexa ad exitum deducuntur, EXECUTIO. Qui eadem ad exitum deducit, EXECUTOR dicitur.

DCLX.

Formula sententiæ definitivæ addita, paritionem intra præfixum terminum præcipiens; EXECUTORIALIUM nomine venit. Præceptum judicis, ad tertium directum, quo injungitur, consecutaria Legum, cum factis civium connexa, ad exitum deducere, MANDATUM DE EXEQUENDO; Præceptum verò Judicis, quo reo paritio ac præstatio ejus, quod ipse, additâ clausula executiva & hypothecæ constitutione, promiserat, MANDATUM EXECUTORIALE audit,

DCLXI.

LXLII.T. 2. Sententia Definitiva - Interloquitoria - Mixta - Mera - Referens - Correferens. Res Judicata. Præjudicia. Sententia Condemnatoria - Absolutoria Confirmatoria - Reformatoria Declaratoria. Sententia Paritoria Plena - Minus Plena, sc. Simplex.

Executio - Executor. Executoriales Mandatum De Exequendo - Executoriale.

Adfirmatio facti proprij, ab alio nobis imputati, CONFESSIO; Quæ, si in Judicio fit, JUDICIALIS; Sin MINUS, EXTRAJUDICIALIS dicitur.

DCLXII.

Traditio bonorum obærat, creditoribus suis, liberandi se a carcere, gratia, facta, CESSIO BONORUM dicitur.

DCLXIII.

Beneficium, obærat, de futura solutione satis danti- bus, concessum, ne intra certum tempus exequantur, MORATORIUM, & quidem, si a superiori in scriptis conceditur, MORATORIUM RESCRIPTUM dicitur; Tempus verò, intra quod exequendus talis debitor non est, induciarum nomine ve- nit.

DCLXIV.

Actus, quo possessio rei in nobilibus Creditori Debitoris a Judice tribuitur, MISSIO IN POSSESSIONEM dicitur; Si sola detentio, EX PRIMO; Sin possessio civilis, EX SECUNDO DECRETO dicitur.

DCLXV.

Creditorum plurium uno tempore ad Judicem delata si fuerit intans crediti petitio, CONCURSUS CREDITORUM orini dicitur;

DCLXVI.

Patrimoniorum confusorum distinctio SEPARATIO di- citur.

DCLXVII.

Procurator, administrandis obæratorum bonis datus, CU- RATOR BONORUM; Procurator debitoris, eum contra credi- torum petitiones defendens, CONTRADICTOR dicitur.

DCLXVIII.

ACTIO PAULIANA est prætoria, qua creditores, res, in fraudem eorum, imminente concursu a debitore alienatas, revocant.

DCLXIX.

INTERDICTA hodiè nil aliud sunt, quam actiones de possessione, vel quali.

DCLXX.

INTERDICTA vel ad constituendum jus possessionis, aut ad possessionem servandam, aut ad amissam recipiendam ten- dunt; isto casu ACQUIRENDÆ, illo RETINENDÆ, hoc RECU- PERANDÆ, sc. possessionis, dicta sunt.

DCLXXI.

INTERDICTA, quibus uterque possessionem retinere labo- rat, DUPLICIA dicuntur.

DCLXXII.

Si Judex quid fieri jubet, vel non fieri vetat, hodierno sti- lo, MANDATUM; Formula mandato addita, qua reo permitti- tur facultas allegandi causas legitimas, cur mandato parere non possit, CLAUSULA JUSTIFICATORIA; Mandatum, cui hæc additur, CUMCLAUSULA; cui non, SINE CLAUSULA dicitur.

DCLXXIII.

TABULÆ h. l. Testamentum notant.

DCLXXIII.

Vis, quæ instrumentis, quibus vitæ aut sanitati homi- num noceri potest, perpetratur, ARMATA, dicitur.

DCLXXV.

Jus, omnem utilitatem ex area fundi alterius percipien- di, SUPERFICIES; Qui jure tali gaudet, SUPERFICIARIUS; Quicquid verò pro jure tali dominio fundi præstatur, SOLA- RIUM vocatur.

DCLXXVI.

Aqua, quæ sola æstate ducitur, ÆSTIVA, quæ per omnem annum, QUOTIDIANA; Quæ in commune receptaculum col- ligitur, ut inde per canales ad usum privatum ducatur, CA- STELLARIA dicta.

DCLXXVII.

Locus in longitudinem depressus, quo aqua decurrit, RIVUS dicitur.

L

DCLXXVIII.

Lib. XXXII. T. 2. Confessio Judicialis Extrajudicialis Lib. XXXII. T. 3. C. si Bonorum. Moratorium Rescriptum Moratorium. Actio Pauliana. Lib. XXXII. T. 4. Missio in Possessionem Ex Primo Ex Secundo Decreto. Concursum Creditorum Separatio Lib. XXXII. T. Curator Bonorum Concursum. Lib. XXXII. T. 8. Actio Pauliana.

L. XLIII. T. Interdicta. Interdicta Acquirendæ Retinendæ Recuprandæ Possessio- nis Interdicta Duplicia. Mandatum Clausula Justificatoria Mandatum C. & S. C. L. LXIII. T. 5. Tabulæ. L. XLIII. T. 6. Vis Armata. L. XLIII. T. 8. Superficies - Superficiarius. L. XLIII. T. 10. Aqua - Aestiva - Quotidia- na - Cas- tellaria. L. XLIII Rivus.

DCXXVIII.

Locus, ex quo aqua sponte profluit, FONS dicitur;

DCLXXIX.

Locus, per quem colluvies ducitur, CLOACA vocatur;

CCLXXX.

REMISSIO hęc notat decretum Prætoris, jus nunciandi novum opus, nunciandi nullum fuisse.

DCLXXXI.

Concessio rei non fungibilis, ad usum indefinitum, PRÆCARUM; ibique, si cum re simul possessio transfertur, NON SIMPLEX, sin minus, SIMPLEX dicitur.

DCLXXXII.

MIGRARE dicitur, qui domum conductam, finitâ conductione, relinquit.

DCLXXXIII.

Propositio rei, excludens jus Actoris, EXCEPTIO sc. PRÆSCRIPTIO dicitur.

DCLXXXIV.

Exceptio conditionis Personæ, qua futura actio eliditur, PRÆJUDICIUM, vel EXCEPTIO PRÆJUDICIALIS dicitur.

DCLXXXV.

EXCEPTIO, quæ rationem invenit in Legibus, CIVILIS; Quæ in Edicto Prætoris, PRÆTORIA dicitur.

DCLXXXVI.

EXCEPTIO, quæ non nisi personæ determinatæ, aut a persona determinata opponi potest, PERSONALIS; quæ vero omnibus cum re aliqua connexis obiici potest, REALIS dicitur.

DCLXXXVII.

EXCEPTIO dicitur PERPETUA quæ competit ad excludendam actionem post triginta aut plures annos intentantam; TEMPORALIS verò, si breviori spatio temporis extinguitur actio.

L. LXIII.  
T. 22.  
Fons.

L. XLIII.  
T. 22.  
Cloaca.

L. XLIII.  
T. 25.  
Remissio.

L. XLIII.  
T. 26.  
Precarium Simplex - Non Simplex.

L. XLIII.  
T. 32.  
Migrare.

L. XLIII.  
T. 1.  
Exceptio sc. Præscriptio.

L. XLIII.  
T. 4.  
Præjudicium - Exceptio Judicii.

Exceptio Civilis - Prætoris.

Exceptio Personalis Realis.

L. XLIII.  
T. 6.  
Exceptio Perpetua Temporalis.

DCLXXXVIII.

EXCEPTIO, qua jus actoris plane excluditur PEREMPTORIA Qua idem in aliud tempus differtur, DILATORIA vocatur.

DCLXXXVIII.

EXCEPTIONES peremptoriæ, in continenti liquidæ, LITIS INGRESSUM FINIENTES sc. INTENTIONIS. dicuntur.

DCXC.

Propositio, qua actor jus suum adversus rei exceptiones defendit, REPLICATIO; Qua verò reus exceptionem suam adversus replicationem actoris defendit, DUPLICATIO audit.

DCXCI.

Conventio litigantium, de lite, jam satis instructa, judicis arbitrio committenda, CONCLUSIO IN CAUSA sc. SUBMISSIO dicitur.

DCXCII.

Quicumque jus actoris sententia Judicis, illius tacito consensu confirmata, elidere vult, EXCEPTIONEM REI JUDICATÆ opponit.

DCXCIII.

Qui jus actoris ex fictitia ejusdem repræsentatione, qua alter inductus ad agendum fuit, ortum dicit, EXCEPTIONEM DOLI allegat; Qui se ob tædium futuri mali obligasse dicit, EXCEPTIONEM METUS proponit.

DCXCIII.

Qui jus actoris propterea cessare dicit quod, eodem deferente juriurandum, juraverit, illi nullum jus competere, EXCEPTIONEM JURIS JURANDI opponit.

DCXCV.

LITIGIOSUM dicitur, quicquid in judicium deductum est.

DCXCVI.

Connexio motivorum cum actione libera dicitur OBLIGATIO & quidem ACTIVA; Determinatio actionis liberæ per motiva, OBLIGATIO PASSIVA dicitur.

Exceptio Peremptoria - Dilatoria.

Exceptiones Litis Ingressum Finientes sc. Intentionis. Replicatio - Duplicatio.

Conclusio InCausa.

L. XLIV. T. 1. Exceptio Rei Judicatæ.

L. XLIV. T. 4. Exceptio Doli - Metus.

Exceptio Juris Jurandi.

L. XLIV. T. 6. Litigiosum. Obligatio Activa - Passiva.

DCXCVII.

Obligatio Naturalis - Civilis - Mixta. Motiva, quæ cum actione libera connectuntur, si de- sumpta sint ex nexu existentium in orbe rerum, NATURA- LIS, si ex Lege aliqua Civitatis, CIVILIS, si utraque con- nectuntur, MIXTA dicitur OBLIGATIO.

DCXVCIII.

Obligatio Immediata Mediate sc. Respec- tiva. OBLIGATIO civilis, ad quam servandam motiva Lex sub- peditat ita, ut factum concurrens non supponat, IMMEDIATA; Si vero supponit factum aliquod, MEDIATA sc. RESPEC- TIVA dicitur.

DCXCIX.

Imputatio IMPUTATIO est Collatio facti alieni cum legibus. DCC.

Actio. ACTIO est allegatio juris nostri, Judici cum in finem fac- ta, ut id, quod nobis quocumque modo debetur, obtineamus.

DCCI.

Actio Civilis - Prætoriana. Principium facultatis allegandi jura nostra in judicio si in Legibus reperitur, ACTIO CIVILIS; Si in edicto Prætoris, PRÆTORIANA dicitur.

DCCII.

Actio Realis - Personalis. Allegatio juris in re, Judici eo fine facta, ut ipsum competere nobis idem declaret, ACTIO REALIS; Allegatio verò juris ad rem eo fine Judici facta, ut idem alterum nobis debere declaret, ACTIO PERSONALIS dicitur.

DCCIII.

Actio in Rem Scripta. ACTIO personalis, quoties adversus tertium, Actori spe- ciatim non obligatum, extenditur, IN REM dicitur SCRIPTA.

DCCIV.

Actio Præjudicialis. Allegatio juris, ex Statu nostro competentis, Judici facta, ut nobis idem tribuat, ACTIO PERSONALIS dicitur.

DCCV.

Actio Rei Persequutoria - Po- sumus, ACTIO REI PERSEQUUTORIA; Allegatio juris postulan- di

di ex Patrimonio rei resarcitionem læsionis, ACTIO POENAN- tis; Allegatio juris recipiendi utrumque, MIXTA dicitur. Actio Bonæ Fidei - Stricti Juris - Arbitraria.

DCCVI.

Allegatio juris, secundum naturalem æquitatem sibi a Judge applicandi, ACTIO BONÆ FIDEI; Allegatio juris, secundum conventionum verba tribuenda a Judge, ACTIO STRICTI JURIS; Allegatio juris; ex naturali æquitate sibi applicandi, & si non tribuat reus idipsum, extendendi, ACTIO ARBITRARIA dicitur.

DCCVII.

Allegatio juris, ex Contractu sibi competentis, Judici facta, ACTIO DIRECTA; Allegatio juris exigendi ab eo, quorum contraximus, indemnitatem, CONTRARIA dicitur. Actio Directa - Contraria.

DCCVIII.

ACTIO, cujus Judici proponendæ jus ex Legum verbis competit, DIRECTA; si ex ratione Legis, UTILIS dicitur. Actio Directa - Utilis.

DCCIX.

ACTIONEM, cujus proponendæ ratio in æquitate naturali Legibus comprobata latet, DATIVAM; Cujus ratio in facto obligatorio, NATIVAM dicunt. Actio Dativa - Nativa.

DCCX.

VERBORUM OBLIGATIO est Contractus, cujus principium obligandi in consensu, verbis declarato, latet; Contractus verò nominatus, in quo obligatio ex solemni interrogatione & congrua responsione oritur, STIPULATIO dicitur. L. XLV. T. 2. Verborum Obligatio - Stipulatio.

DCCXI.

STIPULATIONIS contrahendæ Auctor fuit vel uterque contrahentium, vel tertius, isque vel Judex, vel Prætor. Illo casu VOLUNTARIA; Illo JUDICIALIS; Hoc Prætoriana dicta. Stipulatio Voluntaria - Judicialis - Prætoriana.

DCCXII.

Remissio obligationis ex Contractu, in stipulationem mutato, STIPULATIO AQUILIANA dicta. Stipulatio Aquiliana.

Actio

## DCCXIII.

Conditio  
Geri &  
Actio ex  
Stipulatu.

Actio, qua is, qui determinatam quantitatem stipulari sibi passus fuit, eam a stipulante solvi postulat, **CONDICTIO CERTI EX STIPULATU**; Actio, qua is, qui indeterminatam quantitatem stipulari sibi voluit, eandem a stipulante postulavit, **ACTIO EX STIPULATU dicta.**

## DCCXIII.

